4° Diss. 3223 (13.

MARCHIONATVS LVSATIAE SVPERIORIS IVS SINGVLARE HOMINES PROPRIOS MANVMISSOS REVOCANDI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
INDVLTV
PRAESIDE
IO. TOBIA RICHTERO
PHIL. ET I. V. D.
AD DIEM XIII. MARTII A. C. N. MDCCXLVIIII.
H. L. Q. C.
PVBLICE VENTILANDVM
PROPONIT
AVCTOR RESPONDENS
FRIDERICVS ALBERTVS A GOETZ
EQV. LVS. SVPER.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Ill: Com: de Thun

SERENISSIMO
PRINCIPI
FRIDERICO
CHRISTIANO
REGIO PRINCIPI
POLONIARVM
SAXONIAE DVCI
ET ELECTORATVS
HEREDI

DOMINO OPTIMO
CLEMENTISSIMO

SACRVM.

SERENISSIME PRINCEPS REGIE,

DOMINE CLEMENTISSIME,

Habet et Luſatia Superior, patria mea dulciſſima, quibus prae ceteris gloriatur et exſultat regionibus. Commemoranda in iis, et aeterna animi religione proſequenda eſt ineffabilis illa TVORVM, SERE-

 NISSIME

NISSIME PRINCEPS, MAIORVM CELSISSIMORVM Clementia, qua Illi, priuilegia et iura singularia huius Marchionatus, non conseruarunt solum, sed et egregie auxerunt. Nec vllo vnquam dicendi genere satis celebranda est SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE PATRIS TVI indulgentia, qua hanc in primis Lusatiae partem, fouet atque tuetur. Sed in his omnibus, id eminere, et, vt proprium quoddam decus, effulgere intelligo, quod felicissimo huius patriae meae augurio, contigerit, vt TE ea SERENISSIMO superbire possit PRO-MARCHIONE; TE, in quo omnis CELSISSIMORVM ET POTENTISSIMORVM MAIORVM TVORVM enitescit virtus; quem Musae diuinitus datum venerantur Protectorem, et qui indefessa cura et sollicitudine salutem huius regionis clementissime promoues atque tueris.

 Quare,

Quare, cum iam de ſingulari illo iure, quod nobilibus ceteriſque praediorum poſſeſſoribus, in Luſatia Superiori conceſſum eſt, homines proprios manumiſſos reuocandi, quaedam ſcripſerim: REGIAE TVAE CELSITVDINI, inprimis hoc opuſculum pie dicandum eſſe nihil iudicaui prius. Patere igitur, SERENISSIME PRINCEPS REGIE, vt TIBI hoc ingenitae, in REGIAM TVAM CELSITVDINEM, pietatis, ſubmiſſiſſimique obſequii documentum, AVGVSTISSIMO NOMINI TVO iam conſecratum, tradam, conatusque meos incomparabili TVAE gratiae, additis ſummae in TE religionis ſignificationibus, ſingularem in modum commendem.

Quod vero reliquum eſt, vt quam diutiſſime nobis interſis, egregium illum et prope diuinum Regiarum virtutum TVARVM ſplendorem, ad remotiſſimas huius terrarum orbis regiones

trans-

transferas, atque tot populorum, qui salutis suae spem in TE collocarunt, vota, hoc modo adimpleas, Deum Optimum, Maximum, flagrantissimis precibus rogo et obtestor, et aeternum sum precaturus.

SERENISSIME PRINCEPS
REGIE,

DOMINE CLEMENTISSIME,

REGIAE SERENITATIS TVAE

Lipsiae die X. Martii
MDCCXLIX.

DEVOTISSIMVS ET SVBIECTISSIMVS

FRIDERICVS ALBERTVS A GOETZ.

COROLLARIA.

I.

Apud Germanos nunquam omnis ſeruitus eſt abrogata, quamuis, rigorem illius quandoque temperatum fuiſſe, non negauerim.

II.

Germanos diſtinctionem inter ſeruos originarios ſeu ortu Germanicos, et alios origine peregrinos, ſemper obſeruaſſe, admodum eſt probabile.

III.

Sub nomine hominum propriorum Slaui tantum deuicti, et hodienum qui ex his profecti ſunt, intelligi poſſunt.

IV.

Ruſtici Germanorum, quos praeter homines proprios vulgo tales appellant, etſi forte non omnes, adhuc ſunt ſerui.

V.

Nulla datur ſeruitus imperfecta.

VI.

VI.

Noſtri ciues, a Turcis capti et in ſeruitutem redacti, a nobis male inter ſeruos referuntur.

VII.

Diuiſio negotiorum in ea, quae ſunt bonae fidei, et ea, quae ſtricti iuris uocantur, moribus noſtris adhuc valet; quinimo vix ac ne vix quidem abrogabitur.

VIII.

Vſus contractuum innominatorum apud nos nullus ſupereſt.

IX.

Inſtrumentum ob contractum chirographarium confectum, iure ciuili nulla ſpeciali cauſa debendi indiget, ſed elapſo biennio in ſe plene probat.

X.

Dantur gradus in affinitate proprie tales.

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

PRAEFATIO. *In omni Legum applicatione et controuersiarum decisione spectandum praecipue est, an Lex praesenti Reipublicae statui conueniat.*

SECTIO I.

De origine ac indole hominum propriorum praecipue in Lusatia Superiori.

§. I. *Homines proprii Taciti aeuo incogniti sunt in Germania.*

§. II. *Neque sub Francis homines proprii extiterunt.*

§. III. *Neque probabile est, reliquos populos Germanicos a Francis deuictos, homines proprios habuisse.*

§. IV. *Discessus quorundam populorum Germanicorum in terras alienas, et aduentus Slauorum in loca ab illis deserta, facere coeperunt, vt homines postea proprii extiterint.*

§. V. *Carolingis extinctis, Slaui a Germanis plene deuicti et singulariter magnam partem in seruitutem redacti sunt.*

§. VI. *Ex Slauis deuictis orti sunt homines proprii, ac ipsum hoc vocabulum iam coepit introduci.*

§. VII. *Quid sint homines proprii, ex dictis elicitur.*

§. VIII. *Differunt homines proprii a seruis Germanorum antiquis et rusticis nostris.*

§. IX. *Indoles et obligatio hominum propriorum Lusatiae Superioris.*

§. X. *Iura dominis eiusdem prouinciae in homines proprios competentia praecipua enarrantur.*

SECTIO II.

De iure singulari, quo domini in Lusatia Superiori homines proprios manumissos reuocare possunt.

§. I. *Hoc ius reuocandi singulare introductum est expressa Lege.*

§. II. *Manumissio necessaria seu legalis hac Lege subintelligi non potest.*

§. III. *Voluntariae manumissiones tacitae recensentur, easque ad Legem nostram non pertinere, probatur.*

§. IV. *Voluntariae manumissiones expressae exponuntur, et quatenus hac in Lege nostra subintelligantur, euincitur.*

§. V. *Formula affrancamenti Germanice* eines Loß-Briefes *exhibetur, eiusque diuersitas annotatur.*

§. VI. *Num annus ciuilis an Saxonicus in Lege nostra intelligendus sit, peruestigatur.*

§. VII. *Explicatio vocis* seßhafft.

§. VIII. *Conditio in affrancamento non expressa: vt fiat* seßhafft, *subintelligenda est.*

§. IX. *Manumissus, cui ab alio domino praedium promissum, attamen nondum traditum est,* seßhafft *dici potest.*

§. X. *Ratio Legis inuestigatur.*

§. XI. *Summa Legis eiusdemque casus et huius requisita exponuntur.*

§. XII. *Ille tantum hoc iure reuocandi gaudet, qui veram in reuocandum habet proprietatem.*

§. XIII. *An liberi a manumisso ante annum procreati, simul reuocentur, disquiritur.*

§. XIV. *Vtrum reuocatus pretium, quod ante dederat pro libertate, repetere queat, excutitur.*

§. XV. *Sicuti manumissus, ita multo magis reuocatur, qui inscio domino euasit, etiamsi* seßhafft *factus sit, vel vxorem duxerit, vel alibi iuramentum subiectionis iurauerit.*

§. XVI. *Dimissi milites gregarii quoque nondum ab omni reuocatione sunt exclusi.*

§. XVII. *Cessat ius reuocandi manumissum renunciatione domini expressa.*

§. XVIII. *Cessat idem ius reuocandi renunciatione domini tacita.*

§. XIX. *Quaestioni: num ius reuocandi cesset in eo qui non* seßhafft *factus, sed in militiam profectus est? respondetur.*

§. XX. *Vbi ius reuocandi non competit, ibi perperam quaestio mouetur: an illud cesset.*

DE

DE

IVRE DOMINIS HOMINEM

PROPRIVM MANVMISSVM REVOCANDI, IN LVSATIA SVPERIORI COMPETENTE.

PRAEFATIO.

Tota Iurisprudentia noſtra, vt neminem fugit, duabus praecipue abſoluitur partibus, quarum altera in recta Legum interpretatione, altera vero in congrua earum ad facta, quae in republica obueniunt, applicatione conſiſtit. Ambae profecto ita ſunt comparatae, vt neutra vnquam grauior aut potior habeatur, vtraque autem a

prudente iudice aut alio iurisperito, omni qua fieri poteſt cura, obſeruetur. In praeſenti ſcopus meus tantum exigit, vt de Legum applicatione nonnulla praemittam, quippe in quo negotio duo deuia reperio, quae ab vnoquoque iuſtitiae conſulturo maximopere euitanda eſſe arbitror. Vel enim Lex quaedam in ſe non poteſt accommodari ad obuium caſum; atque tunc eum, qui tamen illum ſecutus eſt, officio ſuo male functum fuiſſe, res loquitur ipſa. Vel etſi Lex quaedam ad cauſam ventilandam forte poſſit ſpectare, illa tamen ſtatui, vbi lis exorta eſt, neutiquam conuenit; quo caſu et eum, qui cauſae deciſionem inde nihilominus petiit, a recto tramite valde aberraſſe, remque ex principio prorſus alieno et inadaequato determinaſſe atque definiuiſſe, in aprico eſt poſitum. Hoc vt apertius probem, omnium Legum finem conſiderandum eſſe cenſeo, qui nullus eſt alius, quam vt respublica conſiſtat, ſalus illius promoueatur, et promota conſeruetur. Iam vero vna respublica cum altera non debet confundi, omnium potius diuerſitas et fundamenti, quo conſiſtunt, et ſalutis, qua florent, ex publicis rerum argumentis abunde patet; hinc etiam conſequitur, vt alterius reipublicae Leges ad rempublicam alteram eamque diuerſam vniuerſaliter pertinere non poſſint. Inde fit, vt quilibet legislator in ſua republica praeſertim Leges ferat, quae illius indoli probe conueniunt, aut obſoletis alias et nouas ſubſtituat; quibus haud opus foret, ſi perinde eſſet, vtrum Leges in republica ſtatui conuenirent nec ne.

Nonne

Nonne alias diuerſiſſimae in diuerſiſſima republica Leges valerent? quod tamen quam ſit abſonum, nemo non videt. Quinimo illis principiis deſertis, neceſſe eſſet, vt ius vnicum in toto terrarum orbe valiturum tantum haberemus, quod tamen, vt vnquam extiturum ſit, merito veremur. Tandem quaelibet respublica teſtatur de Legibus moribusque ante validis, nunc autem vel abrogatis vere, vel deſuetudine antiquatis: qua vero ratione hoc fieri poſſit, ego non video, niſi omnes Leges et conſuetudines ad ſuum ſtatum ſe referre ſtatuamus. Vides itaque quam circumſpecte et cuſtodite Leges in republica ſint applicandae, ac inprimis ex pluribus diuerſis illae eligendae, quae negotio definiendo pariter ac reipublicae ſtatui, ad amuſſim reſpondent. Idem vero conſilium ſi alicubi ſequendum, in Germania ſane, tanto minus negligendum eſt, quanto copioſior Legum farrago, ibidemque, ſiue domeſticum ius, ſiue id quod aliunde receptum eſt, ſpectes, deprehenditur. Quia nimirum Leges patriae magis quam peregrinae ad ſtatum noſtrum directae ſunt, illae etiam ante omnia, hae vero tantum in ſubſidium, neque tunc aliter, quam quoad ſtatus noſter hoc patitur, cauſarum inſeruiunt deciſioni. Quicunque igitur, has rationes praetermittens, iuri Romano totus veluti addictus, rem ex moribus Germanorum diiudicandam, ex praeceptis Romanis decidit, is non poteſt non tot implicari tricis, vt modum, quo extricare ſe poſſit, vix ac ne vix quidem inueniat. Ita mirifice falleretur, qui ius publicum

hodiernum ex Corpore Iuris Iuſtiniani explicaret, aut in iure priuato ruſticos noſtros ex Legibus Romanorum de agricolis et colonis, aut omnes, qui hodienum in Germania ſeruiunt ex regulis et natura ſeruitutis Romanae diiudicaret; is enim peruerſo conſilio admitteret, id quod ſtatui noſtro parum congruit, qua in re nonnullos nihilo ſecius lapſos eſſe animaduerti. [a]) Sed haec eadem principia mihimet ipſi, *de iure dominis, hominem proprium manumiſſum reuocandi, in Luſatia Superiori competente*, quaedam traditurо, praeſcripta eſſe bene intelligo. Tota enim haec doctrina Romanis incognita, Germanis autem tantum propria, nec aliunde quam ex patriis fontibus hauriri, adeoque tum ex Legibus Germanorum expreſſis, tum ex moribus, quos iidem ſanctiſſime ſemper aeque ac Leges ſolenniter latas cuſtodiuerunt, explanari poterit. Si quid vero ex iuris Iuſtiniani complexu hic addendum, illud addi omnino poſſe cernimus, quod vel ex naturae vel gentium praeceptis cognoſcitur, quoniam vtrumque tam late patet, vt vbique locorum ex neceſſitate quadam applicari debeat. Quid? quod eandem diſtinctionem ipſe Imperator ſuadere videatur, cum affirmet, [b]) totum ipſius ius tripartitum eſſe, et ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut ciuilibus collectum, ſimulque teſtetur, non omne, quod in corpore iuris propoſitum reperitur, ius

[a]) Conferri meretur Ill. IVST. HENNING BOEHMERI Diſſ. de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae non Romanis deriuando. Sect. II. §. 7. et 8.

[b]) §. 4. I. de I. et I.

ius quoddam ciuile reique cuidam publicae proprium constituere. Ego itaque in re mea pertractanda omni studio, sicut par est, principia dicta secuturus cauebo, ne incidam in errores, quibus alii inducti, quicquid de hominibus propriis dici potest, ex mente iuris Romani explicandum censuerunt; potius et moribus Germaniae vniuersalibus, et dulcissimae patriae meae Lusatiae Superioris statutis insistam. Ipsam vero hanc tractationem commode duas in sectiones dispescendam esse arbitratus sum, quarum in prima nunc originem et indolem hominum propriorum: in altera vero ius illud singulare dominis in Lusatia Superiori competens, pro viribus peruestigabo.

SECTIO I.

DE ORIGINE AC INDOLE HOMINVM PROPRIORVM PRAECIPVE IN LVSATIA SVPERIORI.

§. I.

Homines proprii Taciti aeuo incogniti sunt in Germania.

Antiquissimis iamiam temporibus, apud Germanos homines non minus ac apud Romanos in plene liberos, et seruili conditione tales, diuisos fuisse, res in se est confecta et plurium eruditissimorum virorum opera satis illustrata. [a]) Eandemque diuisionem adhuc hodie in Germania multum valere, illos tantum fugit, qui

[a]) Inter alios praecipue nominandus est Ill. IO. IAC. MASCOV. Geschichte der Teutschen, Lib. II. §. 34.

qui rerum Germanicarum prorſus ignari ſunt. At enim in illis, qui ſeruiunt, quosque multiplicis generis eſſe intelligimus, cognoſcendis probeque diſcernendis, nondum vnam eandemque iuris Germanici DD. opinionem deprehendo. Vt omittam ſaepe inter illos ne quidem conſtare, ſi de vnico ſeruientium genere quaeratur, quid vbique dicendum ſit; cuius rei exemplum inſigne homines, quos proprios vocant Germani, ſiſtunt. Iam non copioſe allegabo, quod alii homines proprios ex iure Romano, vt fecit celeberrimus quondam PETRVS MVLLERVS,[b]) deriuent:[c]) nec multis commemorabo, quod alii ſeruos antiquos Germanos et homines proprios, pro iisdem accipiant, hosque ex illis ortos eſſe, quam ſententiam IOACH. POTGIESSERVS[d]) alere videtur, ſtatuant: neque tandem illorum opinionem late percenſebo, qui homines proprios nec ſeruos nec liberos eſſe, ſed medium aliquod genus hominum conſtituere ſibi perſuadent; [e]) Verum eandem rem magis diſtincte conſideraturus, quid pro temporum et ſtatuum inter Germanos diuerſitate, ſentiendum videatur

b) Diſſert. de Saeuitia cap. IV. th. 3. p. 57. 58.

c) Ita quoque homines proprios cum glebae adſcriptis et colonis Romanorum compararunt IO. ERNEST. *von der* LINDE Diſſert. de vindicat. homin. proprior. C. I. n. 4. ſequ. item BERGER. Oecon. Iur. Lib. I. Tit. 2. §. 8. p. 50. Vide tamen CASPAR. ZIEGLERI Diſſert. Select. them. X. de praed. cenſit. ruralib. §. 20.

d) in Tr. de Statu Seruorum Lib. I. c. 1. §. 41.

e) v. Z. Introductio in Ius Electorale atque Commune Saxonicum Lib. I. tit. 2. §. 5.

deatur, ipſis hiſtoriarum argumentis ductus, proponam. Nimirum a TACITI aeuo vnius tantum ac eiusdem generis ſerui occurrunt, *quibus*, vt idem loquitur, [f]) *non in Romanorum morem deſcriptis, per familiam miniſteriis vtuntur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus aut pecoris aut veſtis, vt colono iniungit, et ſeruus hactenus paret.* Eo itaque tempore ſeruos in domum dominorum receptos fuiſſe, vix eſt probabile; nam *quisque*, inquit TACITVS, *ſuos penates regit, cetera vero domus officia vxor et liberi exequuntur;* [g]) imo: *dominum nullis educationis deliciis dignoſcas: inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat.* [h]) Idem auctor haec etiam interponit: [i]) *Verberare ſeruum ac vinculis et opere coercere rarum. Occidere ſolent non diſciplina et ſeueritate, ſed impetu et ira, vt inimicum niſi quod impune.* Ex quibus et obligatio ſeruorum, et ius dominis in illos competens, non adeo amplum ſed admodum coanguſtatum, et a iure dominorum Romanorum valde diſpar, plene perſpicitur. Habes itaque ſeruum tempore TACITI Germanicum deſcriptum: an hominem proprium ſub illo latitare credas? Ego id nunquam audeo affirmare; nec enim TACITVS vlla voce

[f]) de Morib. Germanorum. c. 25.

[g]) cit. loc.

[h]) Id. c. 20. conf. IO. NICOLAI HERTII Diſſ. de hominib. propriis Sect. I. §. 2.

[i]) alleg. loc. c. 25.

voce fecit illius mentionem; nec indoles huius, quem vidimus, serui, cum hominum propriorum natura, quam infra exponam, satis conuenit. Non igitur a vero me aberraturum credo, si priscis illis temporibus hominem proprium extitisse, aut de illo cogitatum fuisse, negem.

§. II.

Neque sub Francis homines proprii extiterunt.

Tempore ab aetate TACITI insequente, vsque ad aeuum, quo nomen Francorum audiri et florere coepit, de statu et conditione seruorum Germanicorum, ob silentium scriptorum, tam parum certi habemus, vt ipse POTGIESSERVS [a]) fateatur: nihil fere aliud, quam coniecturas nonnullas, ex moribus Germanorum medii et insequentis aeui, elicitas, hic afferri posse. Quicquid autem horum omnium ingenio fertili excogitetur, nihil tamen praeter tenebras, certi superferit; quare mea quoque dubitandi ratio eo est fortior, num validae ac verosimiles, de hominum propriorum existentia, coniecturae, adduci queant. Certe ne sub Francis quidem illorum congrua quaedam vestigia reperiuntur. Scilicet Francos quidem, antequam regnum cum aliis commune exortum et stabilitum fuit, eo potissimum tempore, quo inferioris Rheni Germani, exemplo Alemannorum excitati, in vnum foedus et belli societatem conuenerunt, [b]) seruos habuisse credendum est,

[a]) all. Tr. de Statu Seruor. Lib. I. c. 4. §. 1.

[b]) de origine Alemannorum et Francorum vid. ILL. MASCOVII Geschichte der Teutschen Lib. III. §. 19. et Lib. V. §. 31. conf.

est, [c]) quia veteres mores, quorum semper tenacissimi fuerunt, et secundum quos originarios seruos iam diu habuerunt, non videntur deseruisse, et praeterea, quoniam tum iam, assumto Francorum nomine, tanquam libertatis suae trophaeo, acerrima bella cum Romanis gesserunt, et ex iis multos captiuos in seruitutem detruserunt. [d]) Post etiam, cum ab iisdem reliqui Germani deuicti, et in vnam communem aliquam rempublicam redacti essent, seruitutem in homines tanto diligentius exercuerunt, quanto plures partim origine seruos extitisse: partim in bellis cum Romanis gestis: partim ex frequentibus, reliquarum gentium Germanicarum, in regiones Francorum incursionibus: partim denique ex praelio ad Tolbiacum, et victoria successu temporis etiam contra Thuringos, Visi-Gothos, Ostro-Gothos, Burgundiones, Saxones, item Sorabos Slauicam gentem, aliosque plus simplici vice reportata, captiuos seruitio subiugatos fuisse constat. [e]) Ita crescente potentia Francorum, apud eosdem creuisse non minus multitudinem seruorum, hosque pro diuersitate vsus, cui adhibebantur, in

 varias

conf. IO. WERLHOFII Notit. S. R. Imper, Enucleat. Specim. II. Lib. I. c. 2. §. 63. 64. 65.

[c]) vid. HERTII Notit. Regni Franc. Veter. c. I. §. 5. et eiusd. all. diss. Sect. I.

[d]) POTGIESSER. all. Tr. Lib. I. c. 2. §. 49. sequ.

[e]) vid. laudatus POTGIESSER all. loc. c. 2. §. 62. n. e. §. 64. 67. 75. 79. vbi epistolam regis Ostro-Gothorum Theodorici ad Clodoueum, regem Francorum missam, allegat, simulque PROCOPIVM, GREGORIVM TVRONEN. AVDOENVM,

varias ſpecies diuiſos, [f]) et inde varia nomina [g]) conſecutos fuiſſe, manifeſtum omnino eſt. Ad ſeruos ipſos quod attinet, iura dominorum in illos antiqua, non tantum ſalua permanſiſſe, ſed et aucta quodammodo, imo ad maximam duritiem extenſa fuiſſe, facili negotio probari poteſt. Videmus enim etiam apud Francos, dominis ius operas rurales et cenſum a ſeruis exigendi, competiiſſe. [h]) Cui acceſſiſſe perſpicimus, ius coercendi ſeruos, et atrocius quandoque ad ſanguinem vſque caedendi, [i]) eosque ſine metu poenae ordinariae occidendi, [k]) alienandi, [l]) vindicandi, [m]) et quae ſunt alia; quae

NVM, ADELMVM, EGINHARDVM, aliosque in teſtimonium vocat.

f) Diuidebantur praecipue in *Fiſcalinos* ſeu regios, *eccleſiaſticos* et *priuatorum* vid. Decretio CHILDEBERTI de anno DXCV, c. 13. apud STEPH. BALVZ. Capitular. T. I. p. 20. Adhaec in *caſatos* i. e. ruri inhabitantes caſasque incolentes, et *non caſatos* ſeu miniſteriales et in familiam domini quandoque cooptatos, indeque *gaſindos* dictos. vid. Chart. Diuiſion. imper. LVDOVICI PII de anno DCCCXXXVII. c. 7. apud BALVZ T. I. p. 687.

g) Vocantur alias quoque *mancipia* in modo alleg. Chart. Diuis. Imp. LVDOVICI PII, *ſeruientes* paſſim, *liti* in Capit. de anno DCCXCVIII. Tit. 37. c. 5. et Lege Salica Tit. XXIX. §. 1. Plura habet POTGIESSER Lib. I. c. 4.

h) Capitular. Lib. II. cap. 41. et 44. GOLDAST. Script. Rer. Alem. T. II. chart. 41. 42. p. 38.

i) Capitular. Lib. VI. c. 11.

k) vid. GREGOR. Turon. Hiſtor. Francor. Lib. V. c. 3. conf. alleg. Capitular. Lib. VI. c. 11.

l) Capitul. Lib. V. c. 358. et 362.

m) MARCVLF. Append. form. 6. Lex Ripuar. Tit. 58. §. 5. Capit. Lib. III, c. 43.

quae omnia ſane non immerito ex retorſione, cum Germani ab aliis capti eadem duritie haberentur, orta et ſenſim ſenſimque irrepſiſſe coniiciuntur. Annon vero Germanicae originis ſerui melioris quodammodo mitiorisque conditionis fuerint, vix habeo cur dubitem, quoniam his contra mores quicquam imponere, ſtemmatis Germanici domini ipſi iniquum crediaiſſent. Et ſicut in delictis quibusdam inter Francum et Romanum Lex Salica [n]) bene diſtinguit, illumque mitius, hunc autem durius puniri iubet; ita probabile eſt, Francos etiam ſeruorum diuerſitatis habuiſſe rationem. [o]) Ceterum durauerunt haec iura, donec rigoroſiores illorum effectus publica Lege temperati, et aſperis eiusmodi dominis modus poſitus fuit, quo vel ſine conſcientia iudicis ſeruum occidere non licuit, vel occidenti poenitentia eccleſiaſtica imponenda fuit. [p]) Haec erat conditio et indoles ſerui apud Francos: an etiam hominis proprii, qualis nunc ſupereſt? nequaquam. Neque enim nomine, neque re ipſa homines proprios ſubintelligi poſſe, firmiter aſſero. *Nomen hominum propriorum* ea aetate, et quoad imperium Carolingorum in Germania durauit, vnquam auditum fuiſſe, nemo hactenus dilucide dedit probatum. Deinde haud grauiter hallucinabitur, qui a ſeruis Francorum modo lenius, modo

B 3 atrocius

n) Tit. XV. §. 2. 3. Tit. XXXIV. §. 3. 4.

o) conf. MARCVLF. Append. form. 16. vbi quis obnoxium ſe reddit eo modo, quo mancipia originalia ſunt obſtricti.

p) Quae vel in excommunicatione vel poenitentia biennii conſiſtebat. v. Addit. Capit. quart. c. 49. apud BALVZ. p. 1204.

atrocius tractatis, ad homines proprios concludi non posse arbitratur. Si qua forte similitudo inter vtrosque deprehenditur, tantum tamen abest, vt rem prorsus eandem efficiat, vt potius in duobus diuersis reperta, eadem adhuc diuersa satisque distincta relinquat. Quae autem vera discrimina intercedant, id luculentius infra, vbi homines proprios curatius considerauero, apparebit.

§. III.

Neque probabile est, reliquos populos Germanicos a Francis deuictos, homines proprios habuisse.

Vidimus iamiam regno Francorum, postquam Romani exacti fuerant, alios populos Germanicos complures fuisse adiunctos. Deuicerat enim CLODOVEVS rex Francorum, Alemannos fortem tunc temporis ac celebrem gentem Germanicam. [a]) Subiecerant CHLOTARIVS et CHILDEBERTVS regno suo Burgundiones. [b]) Compresserat CAROLVS MARTELLVS Frisios, [c]) Sueuos et Boioarios. [d]) Confecerat denique CAROLVS MAGNVS, quod ipsius antecessores subigendorum Saxonum causa inchoauerant, Saxonesque subegerat, et cum Francis vnum populum effecerat; [e]) omitto alia. Quos populos a iure Francico quidem haud penitus exclusos fuisse, non eo inficias, attamen quem-

[a]) GREGOR. Turonens. Histor. Francor. Lib. II. c. 30.

[b]) IDEM Lib. III. c. 11. et FREDEGAR. Chron. c. 37.

[c]) Annal. Fuldens. de anno DCCXXIX.

[d]) FREDEGAR. c. 108. Annal. Fuld. de anno DCCXXIII. et DCCXXIV.

[e]) EGINHARD. in Vita Caroli M. apud IO. GEORG. LEVCKFELD. Rerum Germanic. Scriptorib. p. 135 et 136.

quemlibet eorum sua instituta, et separatam imperii formulam, et αὐτονομίαν retinuisse, [f]) Leges ab ipsis latae, veluti Alemannorum, Frisiorum, Boioariorum aliaeque ad proprium statum pertinentes, abunde testantur. [g]) Alemannos inprimis a Francis blando sociorum nomine ornatos fuisse, ADELMVS [h]) refert, simulque illos a Francorum societate defecisse perhibet. Idem de Saxonibus, praeter testimonium EGINHARDI, haud obscure commonstrat Capitulare Aquisgranense, [i]) quo dicitur: *placuisse omnibus Saxonibus constitutionem*; ex quo simul apparet, Saxones interdum vltra mores iam vsitatos, Leges Francorum, etsi proprio tantum consensu, recepisse. Videamus nunc quid de horum populorum seruis dicendum sit. Quin seruos habuerint, dubitari propterea non potest, quoniam id omnium Germanorum, adeoque horum etiam, tanquam eiusdem gentis, moribus maxime conuenit, et quoniam insuper dicti populi non vno statim ictu superati, sed bellis plerumque multoties iteratis demum deuicti, multos procul dubio captiuos fecerunt, eosque iure retorsionis, in seruitutem deduxerunt.

f) ILL. MASCOVII Princip. Iur. Publ. Imper. Roman. Germanic. Lib. II. c. 2. §. 15.

g) quas in vnum collegerunt LINDENBROGIVS in Codice Legum antiquarum Germanicarum, et nuper consilio B. HEINECCII in Corpore Iuris Germanici. PETRVS GEORGISCH.

h) in Annalibus Francor. vid. POTGIESSER. Lib. I. c. 2. §. 63.

i) de anno DCCXCVII. c. 3. Et in capit 9. dicitur. *Quodsi rex voluerit Legem de banno mutare, vt fieret cum consensu Francorum et fidelium Saxonum* apud BALVZ. Tom. I. p. 277. 278.

runt. Quodſi vero harum gentium ſeruos paulo penitius conſideremus, primum a moribus Germanorum antiquis nondum videtur receſſum, quandoquidem in cenſu imponendo, ius diu conſuetum dominis competens, Legibus tum Alemannorum, tum Boioariorum, magis atque magis corroboratum eſt, imo luculentius determinatum. [k]) Acceſſerunt tamen nonnulla, quibus et apud hosce Germanos, vel exemplo Francorum, vel ex bellorum cum Romanis geſtorum reliquiis, ſeruitus magna quadam aſperitate adaucta fuit. Ita enim ſerui operas impoſitas ſine neglectu praeſtare tenebantur, veluti arare, ſeminare, vineas plantando claudere, fodere et reliqua. [l]) Poterant concambio, quod vocabant, permutari, [m]) oppignorari, [n]) errones aut fugitiui aut latitantes de ſtatu ſuo interpellati, a dominis ad ſeruitutem reuocari, [o]) et quae ſunt eiusdem generis plura. In venditione ſtatutum erat, ne mancipia extra prouinciam, tam paganis quam chriſtianis, niſi iuſſu ducis venderentur; [p]) et infra prouinciam, vbi neceſſitas erat, ſecundum Legem dominus de mancipio ſuo iudicandi

k) LL. Alemann. Tit. XXII. LL. Boioar. Tit. I. c. 14. §. 1.

l) LL. Alemann. all. loc. LL. Boioar. Tit. I. c. 14. §. 2. 4. 5. 6.

m) LL. Alem. Tit. XX. VADIAN. apud GOLDAST. Script. Rer. Alem. T. III. p. 56.

n) LL. Alem. Tit. LXXXVI. LL. Friſior, Tit. IX. §. 1. 2.

o) LL. Alem. Tit. XXI. LXXXV. LXXXVII. MARCVLF. apud BALVZ. Tom. II. p. 938. n. 1. 3. 4. 5.

p) LL. Alem. Tit. XXXVII. §. 1. LL. Boioar. Tit. XV. c. 5. §. 3.

candi habebat poteſtatem. [q]) Ius vitae et necis hiſce dominis aliqua ratione aeque ac Francis tribui poſſe videtur, quia is, qui ſeruum alienum occiderat, aliquot ſolidorum duntaxat poenam luebat, [r]) donec forte poenitentia eccleſiaſtica ex canonibus conciliorum etiam inter hos, in ſeruos proprios occidentes introduci coepit. Dum tamen haec profero, non immerito ſeruos Germanorum originarios, a reliquis hoc loco, pariter ac inter Francos, ſeparandos, atque illis prae his, mitiorem ſtatum tribuendum eſſe arbitror. Quae ſententia ob mores Germanorum in ſe ſatis probabilis, ex Legibus *Burgundionum* [s]) adhuc magis confirmatur, vbi dicitur: *ſi quis inconſulto domino tam Burgundio, quam Romanus, originario, aut ſeruo, ſolidos commodauerit, pecuniam perdat.* Diſtinguitur hac Lege originarius a ſeruo; cur ita quaeſo? niſi Burgundiones hanc inter ſeruientes diuerſitatem agnouerint. Accedit Lex Longobardorum, [t]) qua docetur, quod ille, qui liberum hominem, ipſum ſe tradentem in ſeruitutem acceperit, id, quod ſeruus nouiter factus, per antiquam conſuetudinem facere debuit, adimpleat. Qualis autem eſt haec

[q]) LL. Alem. Tit. XXXVII. §. 2.

[r]) LL. Alem. Tit. LXXIX. LL. Boioar. Tit. V. §. 1. 2. 18.

[s]) LL. Burgundion. Tit. XXI. §. 1.

[t]) LL. Longobard. Lib. I. Tit. 9. §. 5. qui textus etiam in Capitularibus Pipini cap. XXV. quae ex Legibus Longobardorum excerpta ſunt, occurrit, apud BALVZ. Tom. I. p. 547.

haec antiqua conſuetudo? nulla profecto alia, quam quae in ſeruis originariis, ab antiquiſſimo tempore, apud Germanos obtinuit. Numne vero inter hos populos, eo quidem tempore, quo regno Francorum adhuc adiuncti fuerunt, ſedem et veſtigia hominum noſtrorum propriorum reperiri, tibi perſuades? Hoc ſi feceris, vix vmbram te conſectaturum eſſe, ſtatim experieris. Nulla enim vnquam horum Germanorum Lege, hominis proprii fit mentio. Nec a Francis in illos eorum indoles translata dici poteſt, quia ipſimet Franci, quid ſint homines proprii, ea aetate nondum ſciuerunt. Valet igitur hic etiam veritas illa naturalis, qua quicquam citius quam exiſtit, cognitum eſſe nequit. Tandem hanc noſtram aſſertionem egregie iuuat, quod ex antiqua ſeruorum progenie orti, in eorum ditionibus tales, quos homines proprios vocamus, nulli reperiantur.

§. IV.

Diſceſſus quorundam populorum Germanicorum in terras alienas, et aduentus Slauorum in loca ab illis deſerta, facere coeperunt, vt homines poſtea pro-

Extincta ſtirpe Carolingorum, ſimulque finita Germanorum cum Francis coniunctione, propius iam accedimus ad hominum propriorum originem, quae potiſſimum in ſubactione Slauorum quaerenda eſt. Quo vero rectius illa intelligatur, ante omnia paululum, ex aeuo ſuperiori, repetendum et exponendum eſt, vnde Slauici populi Germaniam ingreſſi ſint, et quid cauſae fuerit iſtorum aduentus. Poſtquam nimirum continuis fere cladibus iam a tempore Merouingorum multae Germanorum prouinciae adeo deuaſtatae ac deformatae

tae erant, [a]) vt incolae veteres maximis aerumnis pres- *prii extite-* ſi, ardentius nihil quam nouas ſedes exoptarent, vbi *rint.* vitam paulo tranquilliorem tutioremque agerent, factum eſt, vt magno quodam agmine gentes nonnullae Germanicae, ſedibus patriis relictis, in terras alienas Romanas, aliasque abierint. [b]) Ex his migrantibus praecipue Vandali, Sueui, Quadi, Marcomanni, Burgundiones et Longobardi nominantur, et circa quinti et ſexti ſeculi confinia diſceſſiſſe dicuntur. [c]) Qua migratione ſecuta, nunc Slaui, [d]) gens Sarmatarum, ex Lithuania, Liuonia, Pruſſia aliisque terris in loca deſerta et vacua, aut, quod Ill. MASCOV obſeruat, [e]) rarius habitata, ita ſuccedebant, vt a Danubio vſque ad maris Balthici oram ſe diffunderent. [f]) Ex his etiam

C 2 Mora-

[a]) vid. HERTIVS Notit. German. P. III. c. 2. §. 3. conf. EVGIPPIVS Abbas in vita S. Seuerini c. 45.

[b]) vid. ILL. MASCOV. Geſchichte der Teutſchen Lib. VIII. §. 16.

[c]) POTGIESSER. de ſtatu Seruorum Lib. I. c. 2. §. 66. vbi, multum de tempore huius memorandae migrationis ingentis, inter eruditos diſputari, fatetur, attamen ſeculo ſexto Slauos regiones Germanicas tenuiſſe, pluribus perſuaſum eſſe, adſtruit ſub not. c)

[d]) hoc loco dictum vocabulum *Slaui*, totam gentem Slauicam deſignat. Quod enim vox *Slaua*, ex idiomate Sarmatico, celebritatem et gloriam ſignificet: poſt autem ob Slauorum captiuorum duraque ſeruitute preſſorum multitudinem, hoc nomen gentis, immutata penitus ſignificatione, quoduis vile mancipium denotauerit, probat eleganter POTGIESSER. Lib. I. c. 4. §. 92. 93.

[e]) Princip. Iur. Publ. Imper. Rom. Germ. Lib. II. c. 2. §. 13.

[f]) vid. IO. WERLHOEII Notit. S. R. I. Enucleat. Spec. II. Lib. I. c. 2. §. 127.

Morauos, Bohemos, Vilzos, Obotritos, Sorabos, ante alios innotuisse, modo laudatus MASCOVIVS commonstrat; quibus adhuc Venedos adnumerandos esse POTGIESSERVS [g]) arbitratur. His itaque sedibus Germanorum a Slauis occupatis, coloniisque Slauicis longe lateque propagatis, noui possessores re sua parum contenti, prouincias regni Francici, iamiam sub CHLOTARIO et DAGOBERTO regibus Francorum incurrebant, easque deuastabant, et incolis multum damni inferebant. [h]) Repulsi quidem ab iisdem regibus, et postea, cum non quieuerint, a reliquis Francis et aliis Germanis repressi et attriti, maxime quoque a CAROLO MAGNO in obsequio retenti, [i]) denuo tamen rursus insurrexerunt, nouosque, regibus a Carolo descendentibus, insultus quam plurimos fecerunt. [k]) Huc vsque Slauos quidem, etsi quosdam eorum captiuitate seruos factos concesserim, homines proprios fuisse, nondum affirmo; quae enim diximus de iis, omnia incidunt

g) c. tr. Lib. I. c. 2. §. *66*. et c. 4. §. 92. n. a.

h) ANNONIVS de Gestis Francor. Lib. IV. c. 9. 23. 26. edit. de anno MDXIIII. quo de auctore illud animaduerto quod fuerit monachus Benedictinus, vt ex citata editione, ex elegantissima bibliotheca Excell. SIEGELII P. P. mecum communicata, patet, et quod ab aliis plerisque AIMONIVS vel AIMOINVS appelletur.

i) ADELMVS Annalib. de anno DCCLXXXIX. EGINHARD. in vita Caroli M. apud LEVCKFELD. Rer. Germ. Script. p. 137. 138. HELMOLD. Chronic. Slauor. Lib. I. c. 2.

k) cuius rei causas tum intestinas illorum temporum discordias, tum ingnauiam stirpis Carolingicae, allegat. POTGIESSER. all. Tr. Lib. I. c. 2. §. 98.

cidunt in tempora, quibus Franci imperium tenuerunt: ſub his autem nec ipſis, nec reliquis Germanicis populis, homines proprios cognitos fuiſſe, modo fuſius docuimus. Ad haec, cum iſta ſeruorum ſpecies, vt paulo poſt apparebit, tantum a Slauis deuictis deſcendat, iam vero illi nondum deuicti vlla ratione dici queant, quoniam hactenus plerumque Germanos inter et Slauos dubio marte pugnatum fuit, conſequitur, vt nec dum eiuſmodi generis ſerui exiſtant. Interim commemoratas migrationes, hasque ſubſecutas inuaſiones et mutuos conflictus, hominibus propriis oriundis dediſſe cauſam, quilibet animo mox dictura ſecum reputans, facile comprehendet.

§. V.

Carolingis extinctis, Slaui a Germanis plene deuicti, et ſingulariter magnam partem in ſeruitutem redacti ſunt.

Poſtquam igitur Slaui ſaepe quidem perdomiti, nondum tamen plene ſubacti et deuicti, nouas quotidie turbas concitauerant, Germanosque continuis excurſionibus et deuaſtationibus vexare non ceſſauerant, reges Germanici duorum, poſt Carolingos, priorum ſeculorum et tertii quoad maximam partem, omnem denuo mouerunt lapidem, quo hoſce pacis et tranquillitatis turbatores penitus compeſcerent, et rem publicam Germanorum, aduerſus Slauorum motus, abunde firmarent. Eapropter HENRICVS I. non tantum Slauorum Heuellorum regione potitus eſt, et Dalemincios ſubiecit, ſed et tributo Bohemis impoſito, Slauos Retharios vna cum ſociis Obotritis, Vilzis, Heuellis aliisque refractariis, coërcuit, vt centum et viginti millibus occiſis, octin-

 genti

gentos ex iis, in ſeruitutem detruderet, ac ex priſtinis poſſeſſionibus multos in alias Germaniae regiones transferret, ibidemque agris colendis ſeruili conditione adſcriberet. [a]) Redintegrauit hoc bellum Slauicum OTTO MAGNVS illosque caeſos domitosque tributarios fecit; ſub cuius auſpiciis etiam teſte WITTICHINDO: *Gero Praeſes Slauos qui dicuntur Luſici, potentiſſime vicit, et ad vltimam ſeruitutem coegit.* [b]) In eadem fere aduerſus Slauos virtute perſtiterunt OTTO II. [c]) OTTO III. [d]) et HENRICVS II. [e]) quo de vltimo ADELBOLDVS [f]) haec praecipue refert: *Slaui autem,* inquit, *Buzislao in adiutorium miſſi, in ſeruitutem exercitui diſtribuuntur.* Cum autem Slaui multis bellorum aduerſitatibus laceſſere reges nondum deſtiterint, CONRADVS II. [g]) HENRICVS III. [h]) HENRICVS

a) WITTICHIND. Annal. Lib. I. apud MEIBOM. T. I. Script. Rer. Germ. DITHMAR. Merſeburg. Lib. I. apud LEIBNIZ. Scriptor. Rer. Brunſuicenſ. T. I. p. 324. 326. vid. inprimis HELMOLD. Chron. Slau. Lib. I. c. 12. 14. 15. et 26.

b) WITTICHIND. Lib. III. apud MEIBOM. Tom. I. Script. Rer. Germ. p. 660. Ea de re plura reperies congeſta in B. HOFFMANNI Scriptorib. Rerum Luſaticarum.

c) DITHMAR. Lib. III. apud LEIBNIZ. p. 346.

d) IDEM Lib. IV. apud LEIBNIZ. p. 349. et 351.

e) IDEM Lib. V. apud LEIBNIZ. p. 372. 373.

f) Epiſcopus Traiectenſ. in vita HENRICI II. Imperat. apud LEIBNIZ. Tom. I. Scriptor. Rer. Brunſuic. §. 25. p. 436. add. Chronograph. Sax. ad ann. DCCCCXL.

g) HELMOLD. Chronic. Slau. Lib. I. c. 19.

h) HERMANNVS CONTRACTVS ad ann. MXLI. et MXLV. in Maxima Veterum Patrum Bibliotheca T. XVIII. p. 386.

CVS IV.[i]) HENRICVS V. et CONRADVS III.[k]) iterum iterumque armati Slauos aggressi sunt, eosque bello varie affecerunt, variisque cladibus contriuerunt, donec tandem FRIDERICVS I. omnium felicissimo marte, aduersus hanc durissimae indolis gentem, expeditiones suscepit. Etenim HENRICVS LEO Dux Saxoniae Slauos occidentales; ALBERTVS VRSVS autem Marchio Brandenburgicus Slauos orientales, bello cruento sic afflixerunt, vt HELMOLDVS[l]) ea de re haec proferat: *Slaui propter annonae penuriam et agrorum desolationes, tanta inedia confecti sunt, vt cognregratim ad Pomeranos siue ad Danos confugere cogerentur, quos illi nihil miserantes, Polonis, Scrabis, atque Boemis vendiderunt.* His addi meretur, quod IDEM *Auctor*[m]) alio loco, PRIBISLAVM Slauos alloquentem introducens, habet: *notum est omnibus vobis, quantae calamitates et pressurae apprehenderint gentem nostram, propter violentam ducis (Henrici Leonis) potentiam, quam exercuit in nos, et tulit nobis haereditatem patrum nostrorum, et collocauit in omnibus terris eius aduenas, scilicet Flamingos et Hollandos, Saxones et Westfalos, atque nationes diuersas.* Ita vides, Slauos, populum tot annorum serie inter Germanos toleratum, penitus deuictos et suppressos, quippe qui, vt non immerito

[i]) LAMBERT. Schaffnaburg. ad ann. MXCVI.

[k]) ALBERICVS ad ann. MCXLIII.

[l]) in Chron. Slau. Lib. II. c. 5. conf. IDEM Lib. I. c. 88.

[m]) in all. Chron. Slau. Lib. II. c. 2. conf. Idem Lib. I. c. 57.

merito coniicit HELMOLDVS, [n]) citius omnino domari et conteri potuissent, nisi ipsorum principum Germanicorum dissidiae domesticae intercessissent, plenariaeque victoriae fuissent impedimento. Ita partim prostrati et expulsi sunt, coloniis aliis Germanicis in eorum locum substitutis: partim cum multi iam in seruitutem redacti fuerint, in eadem seruili conditione retenti, statu isto ad posteros in hoc vsque tempus translato: partim denique principes eorum in ius ciuitatis Germanicae cooptati sunt. [o])

§. VI.

Ex Slauis deuictis orti sunt homines proprii, ac ipsum hoc vocabulum iam coepit introduci.

Disquirendum nunc est, quomodo ex Slauis deuictis homines proprii, tanquam species Germaniae seruorum singularis, orti sint; cui negotio maximopere inseruiet, si ante paucis perspexerimus, quaenam seruitutis facies in Germania fuerit post Carolingos. Sciendum igitur est, tum ab antiquo, tempore Francorum vsitato rigore, recedi fuisse coeptum, et seruitutem ad vetustissimos fere reuocari mores, quos TACITVS refert, quosque Germani in seruis suis originalibus strenue semper conseruasse videntur. Cuius immutationis causas inter illas, quas ILL. BOEHMERVS [a]) et B. a LVDEWIG [b]) aliique allegant, ego sequentes praecipuas esse arbitror. Prima probabilis est, quod communio

[n]) in cit. Chron. Slau. Lib. I. c. 44.

[o]) ILL. MASCOV. Princip. Iur. Publ. Imper. Rom. Germ. Lib. II. c. 2. §. 29.

[a]) in diss. de libertate imperfecta rusticorum in Germania.

[b]) in Iure Clientel. Sect. III. cap. 2. §. 2. et c. 5. §. 7.

munio cum Romanis, quorum ad exemplum, iure forſitan retorſionis, Germani ſine dubio rigorem iſtum introduxerant, diu iamiam ceſſauerat. Altera merito ponenda eſt in vrbium plurium condendarum, ab HENRICO I. capto conſilio; etenim imperator, teſte WITTICHINDO, [c]) *primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in vrbibus habitare fecit, vt ceteris conſamiliaribus ſuis octo habitacula exſtruerent, et meterent, frugesque colligerent etc.* quo tempore ſeruos alios ſtatum diſſimulantes, ob ſpem vitae commodioris, in vrbes conceſſiſſe, et reliquos in agro relictos, ne aufugerent, lenius habitos fuiſſe, nonnulli haud inique coniiciunt. Accedebat, quod multi domini, ſuaſu clericorum pietatisque feruore, ſeruorum alios plene liberos pronunciarent, aliis minimum effectus in perſonam rigoroſiores remitterent, ſola operarum et cenſus conſueti praeſtatione retenta. Quod enim clerici iam diu intenderant, [d]) id nunc eo vehementius proſequebantur, [e]) vt nimirum omnes in Chriſto fratres eſſe, et libertatis dationem ad aeternam ſalutem conſequendam, multum proficere, ſtatuerent. Inde factum, vt ſeculo decimo et vndecimo ſerui

[c]) in Annalib. Lib. I. apud MEIBOM. Script. Rer. Germ. T. I. p. 639.

[d]) vid. Epiſtol. GREGORII M. Pontificis Lib. IV. ep. 12. et SMARAGDVS Abbas in Via regia ad LVDOVIC. PIVM c. 30. quorum verba allegat POTGIESSER Lib. IV. c. 1. §. 3.

[e]) vid. Charta Tabularii Virdunenſis ſub OTTONE I. conſcripta apud eund. cit. loc.

ſerui plerumque, cum reſeruatione cuiusdam cenſus, e manu dimiſſi ſint. [f]) En mores antiquiſſimos iam latius ad vſum reuocatos! Haec erat huius aeui ſeruorum conditio. Et in eadem Slaui, tunc temporis Germanicas terras habitantes, procul dubio permanſiſſent, quippe Germani, tributo ab illis accepto, eos tolerare non detrectabant, niſi tam ſaepe perfidi et rebelles facti, publicam et communem tranquillitatem turbaſſent. Cum itaque ſeditioſis his hominibus, absque acerbiſſima ſeruitute, imperari vix potuerit, Germani velut inuiti, eos, quotquot ſeruati ſunt, et ex proſtratis remanſerunt, ſeruitio grauiſſimo ſubiugarunt. Hinc tandem nouum oriebatur apud Germanos ſeruorum genus, quod ante, vt ſingulare, nondum erat cognitum. Nouum etiam nomen introducebatur, et Slauicae originis ſerui in Germania *homines proprii* [g]) vocabantur; quae locutio citius in communibus confabulationibus forte vſitata, quam in publicis documentis adhibita videtur, quoniam ſub FRIDERICO I. [h]) eadem iam nota, et ſub

HEN-

f) vid. POTGIESSER Lib. IV. c. 8. §. 3.

g) Videntur ſic, vt et germanice Leibeigene, ad differentiam ab aliis, vel honoratioribus, vel ingenuis, tantum cognoſcendam, nominati. vid. POTGIESSER Lib. I. c. 4. §. 57.

h) HERTIVS in Diſſ. de Hominib. propr. Sect. I. §. 1. quo etiam referenda eſt Paraeneſis WINSBECKII qui ſub FRIDERICO I. vixit, vbi legitur: mein eygen Leut laß ich frey in Paraeneſi ad filium p. 39. apud SCHILTERVM in Theſauro Antiquit. Teuton. Tom. II.

HENRICO VI.[i]) et OTTONE IV.[k]) publicis instrumentis inserta reperitur. Quod vero singularem seruitutis speciem in Germania homines proprii constituerint, ac sub his non nisi Slaui superati queant intelligi, inde luculentius euincitur, quod istud vocabulum, ante nullibi de seruis Germanorum legitur vsurpatum. Deinde, quod iam ostendi, conditio seruorum istius aeui talis non erat, qualis hominibus propriis imponebatur, vtpote qui, vt perpetua seditionis flabella, longe durius habendi erant. Tandem etiam rem nostram egregie confirmat, quod hodie adhuc homines proprii tantum in illis locis reperiantur, quae vel olim Slaui inhabitauere, vel in quae deuicti ab ipsis imperatoribus translati sunt.[l]) Equidem commixti quandoque sunt homines eiusdem conditionis Germani; ast hoc inde venit, quod ingenui, ex inopia seruorum, agriculturae interdum adhibiti, coloni constituti,[m]) pactoque

 pro-

i) vid. Constitutio HENRICI VI. ibi: irre eyginen Lute wegen, die iegenote in die Stette gezogen sint. ap. WENCKERVM in Collectan. Iuris Public. in disquisit. de Vsburgeris. p. 12. 13.

k) vid. testamentum OTTONIS IV. apud MEIBOM. Scriptor. Rer. Germ. Tom. III. p. 140.

l) vid. diss. nostr. Sect. I. §. 5. et POTGIESSER Lib. I. c. 2. §. 110. cum n. c.) §. 100. n. a.) et §. 112. n. a.) quales in vtraque Lusatia hodienum superesse, ritusque Venedorum antiquos, et vestitum inprimis proprium, pertinaciter adhuc tenere, ipsemet possum testari.

m) vid. Diploma OTTONIS IV. de anno DCCCCLXXXV. apud eund. Lib. I. c. 4. §. 34. n. b.)

proprii [n]) facti ſint. Supereſt quaeſtio, cur haec hominum propriorum appellatio inuenta fuerit? Ego ſane praeter ea quae POTGIESSERVS [o]) magno ingenio exponit, hanc rationem non vltimo loco ponendam eſſe cenſeo, quod, vt iam vidimus, capti Slaui ſaepe diuiſi dominisque priuatis addicti fuerint, vt tanquam proprii eo magis in officio continerentur; [p]) quin imo dicta nominatione idcirco non minus opus fuiſſe videtur, vt inter ſeruos Germanicos, et hoſce nouiter ortos, diſcrimen, quod vere intercedebat, tanto facilius cognoſceretur.

§. VII.

Quid ſint homines proprii ex dictis elicitur.

Quibus praeſtructis facillimum erit, homines proprios curatius determinare, ac indolem eorum generatim exponere. Definiri enim poſſunt: *Serui Germaniae ex Slauis deuictis orti, dominis ſuis ita obſtricti, vt non tantum ad operas et praeſtationes teneantur, ſed et ſtatum ſuum, inſcio aut inuito domino, nulla ratione mutare queant.* Dicuntur ſerui Germaniae, quia in Germania ſunt conſtituti, non tamen Germanici vel originarii, quales Germani ab aeuo antiquiſſimo, in hoc vſque tempus, habuerunt, vel etiam alii illis originariis poſtea exaequati,

[n]) Sächßl. Land-Recht Lib. III. art. 32. ibi: wer ſich vor Gericht iemanden zu eigen giebt. Imo hodie in Luſatia non raro accidit, vt liberi homines, attamen paupertate preſſi, domino cuidam in proprietatem ſponte ſe dedant, et ſic proprii fiant, vt habeant, vnde ſe alere poſſint.

[o]) Lib. I. c. 4. §. 57.

[p]) h. diſſ. Sect. I. §. 5. et inprimis Chronograph. Sax. ibidem ſub. not. f. alleg.

aequati, quorum diuerſitatem paulo poſt latius ſum allaturus. Ortos eos ex Slauis deuictis affirmo, quod ex iis, quae modo dixi, vberius patet, quandoquidem antea, ipſum hoc genus ſeruorum Germanis incognitum, neque nomen hominum propriorum prius auditum erat. Tenentur ad operas et praeſtationes, et quidem diuerſimode, prout initio vel ſeruitiis ruralibus onerati, vel ſoli arbitrio iis vtendi, domino relicti; vidimus enim eos et agris colendis adſcriptos,[a]) et venundando diſperſos [b]) fuiſſe: imo videmus hodienum, experientia teſte, quosdam dominis absque praedii cuiusdam poſſeſſione, miniſteria praeſtare. Statum denique ſuum, inuito domino, nulla ratione mutare poſſunt; eum enim in finem dominis velut in proprietatem dati erant, ne facile denuo ſe coniungerent, nouosque motus concitarent, et ita proprii poſtea multi permanſerunt et adhuc ſunt in hunc vſque diem. [c]) Indeque proficiſcuntur iura dominorum, vi quorum homines proprios vendere, permutare, grauius quodammodo coercere, fugitiuos vindicare aliaque poſſunt. Nec aliunde deriuarem neceſſitatem, qua conſenſus domini, in hominis proprii negotia, quae ſunt alicuius momenti, veluti matrimonium, impetrandus eſt. Quia vero ipſi hi ſerui dominorum proprii ſunt, eos nec praedia, quae in domini territorio poſſident, habere propria, ſatis

 inde

[a]) h. Diſſ. Sect. I. §. 5. n. a.)

[b]) DITHMAR. Merſeburg. Lib. III. apud LEIBNIZ. p. 345.

[c]) WERLHOF. Notit. S. R. Imper. Enucleat. Spec. II. Lib. I. c. 2. §. 18.

inde ſuperque perſpicitur. [d]) Nominantur homines proprii paſſim Slaui, mancipia, coloni, ſerui, ſubditi, vt et Germanice Leibeigene, Bauern, Dienſtpflichtige Leuthe [e]) et in Luſatia Unterthanen, Erb Unterthanen, quibus tamen, ſicut et aliis eiusmodi appellationibus, admodum circumſpecte vtendum eſt, quoniam voces hominum propriorum et Slauorum, item Leibeigene, hiſce ſeruis tantum proprie conuenire videntur, reliquae autem partim ruſticos, partim alios plene liberos homines ſolent ſignificare. Haec eſt in genere indoles hominum propriorum delineata, cuius tamen ſi quis curatiorem et ſtrictiorem explicationem deſideret, quia mores et prouinciarum et pagorum, experientia teſte, nimium variant, vt cuiuslibet fere loci conſuetudines conſideret ac perluſtret, neceſſe eſt. Illud tamen ſilentio non eſt praetereundum, multos in homine proprio definiendo, naturam illius parum ante oculos habuiſſe poſitam. Quando enim ZASIVS, [f]) COTHMANNVS, [g]) STAMMIVS [h]) aliique complures aiunt: homines proprios Germanorum principum aut nobilium eſſe ſeruos anonymos, nec adſcriptitios, nec colonos, nec capite cenſos, nec ſtatu liberos, de omnium tamen natura

[d]) Quae omnia in vnum collegit ILL. BOEHMERVS cit. Diſſ. de iure et ſtatu hominum propriorum etc. Sect. I. §. 14. 15. ſeqq. it. Sect. III.

[e]) vid. laudat. BOEHMER. cit. Diſſ. Sect. I. §. cit.

[f]) Singular. Reſponſ. Lib. II. c. 7. n. 8.

[g]) Vol. I. conſil. 42. n. 22.

[h]) de ſeruitute perſonali. Lib. I. c. 2. n. 2.

tura aliquid participantes, nihil ſane dixiſſe cenſendi ſunt, quemadmodum nihil diceret, qui maſculum neque virginem, neque vxorem, neque viduam, neque meretricem, de omnium tamen natura aliquid participantem, adeoque foeminam anonymam eſſe, ſtatueret. Nec multum ab his differt ſententia illorum, qui homines proprios liberis perſonis accenſent, quam cum aliis multis B. LVDER MENKEN [i]) fouit, quoniam ius teſtamentorum, connubiorum et commerciorum, aliqua ratione exercent; non enim ſequitur: quicunque non eſt ſeruus Romanus, ille prorſus non eſt ſeruus, cum alias nulla, niſi ſeruitus Romanorum, animo ſibi concipi poſſit, quod tamen quam ſit incongruum, nemini obſcurum eſt. Sed haec deuia eo forte excuſantur, quod laudati auctores in rebus Germanicis nondum adeo fuerint experti. Tandem nec omnibus abſoluta eſt numeris opinio eorum, qui homines proprios antiquae Germanicae ſeruitutis ſpecies fuiſſe, adeoque tantum ex antiquo patrio iure aeſtimandos eſſe, ſtatuunt, quod praeter POTGIESSERVM [k]) nuper etiam Conſultiſſ. IO. STEPHAN. PÜTTERVS [l]) exiſtimaſſe videtur. Aliud enim ex hactenus dictis apparet faciliuſque adhuc ex dicendis apparebit.

§. VIII.

[i]) Tract. Synopt. Inſtit. Iur. Iuſtinian. Lib. I. tit. 8. §. 3.

[k]) per totum fere tractatum de ſtatu ſeruorum, et praecipue Lib. I. c. 1. §. 41.

[l]) Element. Iuris Germ. Priuat. hodiern. tit. de hominibus propriis. §. 447. p. 146.

§. VIII.

Differunt homines proprii a seruis Germanorum antiquis et rusticis nostris

Vt itaque notio de hominibus propriis a nobis tradita, eo reddatur clarior, indicandum est discrimen, in quo a ceteris Germanorum seruis diuersi sunt. Quod ipsum tamen expositurus, diuersitatem a seruis, qui in Germania deprehenduntur, tantum adducam; etenim Kmethones Polonorum, *) aliarumque gentium serui similes, quibuscum nonnulli nostros homines proprios comparare solent, [a]) in eo iam satis discrepant, quod sint serui exterorum, adeoque proprii nostri homines esse nequeant. Nec opus fore arbitror, vt multum sim sollicitus de differentia, qua separantur a seruis Romanorum; quid enim ea de re generatim sit sentiendum ipse partim supra [b]) docui: partim Ill. BOEHMERVS [c]) sua qua fulget eruditione, quicquid ex iure Romano ad hanc nostram doctrinam pertinere potest, abunde demonstrauit, et ea quidem, quae sunt vniuersalia, quaeque in illo, ex naturali aut gentium iure, de seruis continentur, non autem quae proprie ad Romanae reipublicae indolem spectant, ad homines proprios accommodari posse, fusius probauit. Quod igitur attinet ad seruos Germanorum tum antiquos, tum hodiernos rusticos

*) de quibus vid. PRZILVSIVS in Comment. ad Stat. Regn. Polon. Lib. I. c. 17. it. Statuta Polon. vocabulo Kmetho.

[a]) vid. IO. PHILIPPI Vs. Pract. Instit. Iustin. Lib. I. tit. 5. eclog. 38. n. 1.

[b]) in Praefat. h. dissert.

[c]) in dissert. de iure et statu hominum propriorum a seruis Germaniae non Romanis deriuando Sect. II. §. 1. et squ.

rusticos nostros, ab his omnibus non tantum nomine, sed et origine, deinde seruitutis continuatione, ac ipsa tandem asperitate, homines proprios differre cernimus. Appellatio sane hominum propriorum, siue derer Leibeigenen, neque TACITI, neque Francorum tempore, inter Germanos vsitata reperitur; neque post separationem Francorum illud nomen aliis, quam quos recensui, Slauis deuictis, indeque tanto minus rusticis nostris, quos hodienum proprie tales vocamus, impositum fuisse, vllus hucusque confecit. [d]) De origine vix est, quod multum disputemus, seruos enim, quos Germani praeter homines proprios aut vnquam habuerunt, aut adhuc habent, vel ex ipsis Germanis, vel ex aliis populis, quibuscum tot bella gesserunt: homines autem proprios vnice ex Slauis deuictis ortos esse, ex iis, quae iam tradidi, satis constare potest. [e]) Quod si status seruorum continuationem consideramus, eum saltem in seruis, qui sub republica Francica atrocissime habiti fuerunt, tractu temporis immutatum et mitigatum deprehendimus, [f]) quem e contrario in hominibus propriis, sicut initio fuit, ad hunc vsque diem, veluti perpetuum, videmus. Nec obest, quod homines proprii quibusdam in locis libertatem, pretio quodam intercedente, redimendi, consecuti sint potesta-

tem

[d]) h. diss. Sect. I. §. 6.

[e]) h. diss. cit. loc.

[f]) cit. loc.

tem [g]) vel ex proprietate vere dimiſſi, [h]) vel etiam alicubi paulo remiſſiorem habeant conditionem; haec enim omnia regulam noſtram non deſtruunt, ſiquidem inde vniuerſalis quaedam mutatio aſſeri nequit, nos vero ipſi non diffitemur, mores hac de re, tum prouinciarum, tum pagorum, in Germania quodammodo variare. In aſperitate tandem illud diſcrimen occurrit, quod nunquam aeque ac in hominibus propriis, eadem in reliquis Germanorum ſeruis adhibita fuerit. Quodſi enim ſeruum aetatis TACITI conſideraueris, eum longe mitius tractatum fuiſſe, quam hominem proprium tractare fas eſt, inuenies; [i]) quam diuerſitatis rationem in omnibus ſequentium temporum ſeruis originariis non minus animaduertes. Seruos viciſſim, qui non erant origine Germani, tempore Francorum duriſſimae conditionis, dominisque multo magis obnoxios fuiſſe, quam homines proprii poſtea vnquam fuerint, ex hiſtoricis monumentis, quae eo nomine ſupra collegimus, [k]) pateſcit. Denique quod ſerui Germanorum poſt ſeparationem a Francis, pariter ac ruſtici hodierni meliorem rurſus habuerint et adhuc habeant ſtatum, quam quo homi-

[g]) quae per conſtitutionem FRIDERICI Boruſſiae regis anno MDCCII. data eſt iis, qui dominio regio in Weſtfalia ſubditi fuerunt.

[h]) conf. HANS IACOB LEV Eydgenoßiſches Stadt- und Land-Recht, P. I. tit. 32. pag. 684.

[i]) conf. h. diſſ. Sect. I. §. 1. cum §. 7.

[k]) conf. ibid. §. 2. et 3. cum §. 7.

homines proprii gaudent, et illorum temporum [l]) et hodierni mores testantur. Dicam quod res est, seruitutem hominum propriorum, ab omnibus aliis in Germania speciebus diuersam esse, tametsi quaedam in se contineat, quae a seruitute quondam rigorosa Germanorum petita videntur. Vt vero eiusmodi hominum diuersitas, praecipue hodierna, plenius intelligatur, apponam quod DAVID MEVIVS [m]) ea de re, meo iudicio, haud inconcinne profert: Es befindet sich itzt im Römischen Reich Teutscher Nation, ein großer Unterschied der Bauers-Leute, und ist in allen Landen und Herrschafften dero nicht eine eintzige Art; Darum so vielmehr zu vorher darunter zu distinguiren, weil sich befindet, daß was zuweilen von einer Sorten von Rechts Gelehrten, die auf die Landes Manier, Arten und Gewohnheiten ihre scripta gerichtet, geschrieben, auf andre gantz unterschiedene Art, übel appliciret und dadurch viele in Irrthüme verführet werden. Man siehet aus denen alten Reichs Constitutionen und andern Teutschen Urkunden, daß unter dem Nahmen der Bauern oder Bauers Leuthe, alle dieienigen begriffen, so nicht Adelichen oder Bürgerlichen Standes, sondern auf dem Lande des Ackerwercks abwartten, und dannenher ihr tägliches Brod er-

[l]) conf. ibid. §. 6. cum §. 7.

[m]) in Tr. Kurtzes Bedencken, über die Fragen, so von dem Zustand, Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauers-Leuthe zu welchen jemand Zuspruch zu haben vermeynet, entstehen und vorkommen. Quaest. I. n. 11. sequ.

werden. In welchem praedicat das Wort so viel, als im Lateinischen die agricolae und rusticani bedeuten; Und seyn etliche die keiner Herrschafft, auserhalb dem Römischen Kaiser unterworffen, so des Heil. Reichs freye Bauern genennet werden. *) Etliche werden Bauern genennet, so unter andern Fürsten, Grafen, Städten und Herrschafften auf dem Lande geseßen, und den Ackerbau auf ihren eignen Güthern treiben, seynd aber nicht diensthafft sondern freye Leuthe, die nichts anders als die gemeine Land onera tragen, zuweilen von ihren liegenden Gründen Recognition Gelder entrichten; im übrigen von aller Dienstbarkeit befreyet, dergleichen in Schwaben und andern Orten zu finden, und Frey-Bauern genennet werden. Andre seyn, die zu Frohnen und Diensten zwar nicht gebraucht werden; gleichwohl Aecker und Häuser von ihrer ohnmittelbahren Obrigkeit einhaben, und davon jährlich einen gewißen Zinß oder Pacht entrichten, darum man dieselbe Pachtleute nennet, wie in Sachßen, Thüringen und an andern Orten mehr sich solche aufhalten. Andre werden nicht allein zur Pacht, sondern auch zu Dienste und Frohnen für die Aecker welche ihnen eingethan, gebraucht, darneben der Herrschafft mit einer Leibeigenschafft verbunden, daß sie nicht weichen oder auffsagen können, aber wenns ienen beliebig, auffstehen müßen und dieselben werden nach des Landes **) Art eigentlich Bauern genennet, dergleichen

*) de quibus MAGER in Tr. de Aduocat. Armat. c. 6. n. 27.

**) Quod de Pomerania intelligendum est; edidit enim laudatus

gleichen in Chur-Brandenburg, Mechelnburg, Hollstein *r*c. zu finden. Duo tamen in hac rusticorum Germaniae illustrata diuersitate sunt obseruanda. Alterum est, quod MEVIVS in tertia specie adducta, rusticos censiticos cum conductoribus praediorum rusticorum, siue colonis, quos in vernacula nostra Pachter vocamus, confudisse videatur. Alterum autem est, quod de hominibus propriis dici non possit, daß sie für die Aecker welche ihnen eingethan, Dienste und Frohnen leisten; nam eiusmodi praedia possessoribus maxime ad sustentationem dantur, ceteroquin autem vna cum iis, qui ea possident, sunt in proprietate dominorum. Cum vero aliud genus rusticorum Frohn Bauern adhuc supersit, quos etiam AHASVERVS FRITSCHIVS [n]) ad eundem MEVII locum annotauit, quosque Glossator Iuris WEICHBILDICI [o]) iamiam vidit, hos, vt ab hominibus propriis cum glossa ita distinguamus, necesse est: Zu einer Auflösung sollt ihr wißen, daß etlicher Dienst ligt auf dem Manne, etlicher auf dem Gut. Der Dienst, der auf dem Manne ligt, der macht jn eigen und heißt davon servus, und der Dienst der da auf einem Gut ligt, machet einen nicht eigen, davon muß aber der Mann

 dienen,

datus auctor hunc tractatum eo tempore, quo Stralsundiae syndici munere fungebatur.

[n]) in Tr. de iure ac statu pagorum Germaniae cap. VI. §. 2. n. 11.

[o]) Glossa ad Weichbild. art. 3. §. 3.

dienen dem, des das Gut eigen ist, darumb, daß er das Gut halten will.

§. IX.

Indoles et obligatio hominum propriorum Lusatiae Superioris.

Transeo ad patria statuta Lusatiae Superioris, ex iisdem indolem hominis proprii huius prouinciae paulisper explanaturus. Vt autem plura paucis complectar, totamque rem vna, et velut in compendio, proponam, eiusmodi hominem proprium definio: *Seruum sua persona, domino in Lusatia Superiori sic obstrictum, vt operas plerumque indeterminatas praestare, ac insuper tanquam pars glebae seu pagi, in quo vel natus vel alio modo proprius factus est, ibidemque permanere teneatur, adeoque inuito domino, nec alio migrare, neque domicilium pro lubitu constituere sibi queat.* Merito vocatur *seruus*, quia non potest agere ad fines proprios, sed ad fines domini maxime adstrictus est, et in Ordinatione subditorum [a]) clare dicitur: Wenn auch ein Loßgelaßener Unterthaner sich durch gewißen Vertrag, oder sonsten anderweit unterthänig und dienstpflichtig machet. Cur quaeso Loßgelaßener, et passim in Legibus unterthänig und dienstpflichtig vocaretur, nisi seruus fuisset aut adhuc esset? Neque enim qualitates illas, ex statu libertatis et seruitutis alias sibi inuicem contrarias, tepido temperamento mixtas, comprobo, quas auctor

v. Z.

[a]) Ober-Lausitzische Unterthanen Ordnung, art. 2. n. 2. in Corp. Iur. Lusat. Super. p. 382.

v. Z. [b]) ob verba Legis [c]): Daß sie dahero weder gäntzlich frey, noch gäntzlich dienstbar seynd, hisce hominibus tribuit, quia Lex, si rite intelligatur, hanc mixturam neutiquam adhibet. Integer textus potius hos homines proprios cum seruis Romanorum conuenire negat, illosque ex horum natura diiudicare vetat, ait enim: Nachdem sichs befindet, daß zuweilen von denen Herrschafften der Sachen bald zu viel, bald zu wenig beschiehet, öffters auch die Unterthänigkeit mit der Dienstleistung bißhero unnöthig vermenget worden, gleichwohl aber die Unterthanen, wie bey diesen Marggrafthum Ober Lausitz beständig hergebracht, uffm Lande, nicht nach Art und Weise, wie die Knechte in den Römischen Rechten dienstbar und leibeigen rc. Eo nunc respectu etiam pergitur: Daß sie dahero weder gäntzlich frey noch gäntzlich dienstbar seynd. Hac igitur Lege dicta mixtura non tantum non probatur, sed magis reiecta perspicitur, indeque seruitus horum hominum propriorum salua manet, quia non omnis seruitus ex Legibus Romanis diiudicari debet, nihilque, vt hanc nostram inde dimetiamur, nos compellit. *Sua* vero *persona* homo proprius est obstrictus, retinetur enim in seruitute, tametsi nullum sub vero domino praedium possideat, sed alibi degat, eoque nomine disponitur: [d]) Diejenigen so unter einer fremden Herrschafft gebohren, deren

b) Introduct. in Ius Electorale atque Commun. Sax. Lib. I. tit. 2. §. 5.

c) der Unterthanen Ordn. art. I.

d) Unterth. Ordnung, art. 2. n. 1. exc. 2. add. exc. 3. 4.

ren Vater aber vor der Abforderung daselbsten gestorben; sollen sowohl als die andern Kinder, so ein solcher Unterthaner unter fremde Herrschafft mit sich gebracht, dem vorigen Herrn billig verbleiben. Deinde arbitrio domini relinquitur, an subdito praedium dare, an alia necessaria vitae subsidia suppeditare velit, constitutum enim est: [e]) So ist auf solchen Fall besagte Herrschafft, zumahln, wenn sie ihm **nothdürfftige Mittel oder andern Grund und Boden** nicht verschaffen könnte, demselben einen Loß-Brief zu geben schuldig. Quis igitur dubitat; quo minus haec seruitus praecipue afficiat personam? Quod vero in Lege alibi traditur: [f]) sondern ihren Grund und Boden dergestalt besitzen, daß sie hiervon denen Herrschafften ihre schuldige Dienste zu leisten schuldig, illud singularem possessionis casum supponit, nostram vero sententiam non excludit, siquidem alias illud incongruum inde sequeretur, vt nemo illorum hominum, nisi qui praedium possideret, domino esset et maneret subiectus. Ad haec *operas plerumque indeterminatas* praestare homines proprios teneri, ex communi forte DD. opinione atque praesumtione probari potest. [g]) Sed ambiguo illo et parum constante principio, ne quidem opus

e) Ibid. art. 4. n. 2.

f) Ibid. art. 1.

g) Ill. BOEHMER cit. Diss. de iure et statu hominum propriorum. Sect. III. §. 13.

opus est, cum ea de re adsint expressa Legis [h]) verba: Ob wir euch nun wohl gestallten Sachen nach gnädigst gerne geholffen sehen wollten; So befinden wir jedennoch, daß das allgemeine Landes Priuilegium, hierdurch ihr denselben euern Herrschafften zu vollen Landüblichen Diensten bisher verobligiret gewesen, und noch seyd, euch disfalls starck im Wege liegt. Non tamen inficior, quod etiam experientia confirmat, operas quorundam locorum pacto forte diminutas ac determinatas esse. Quatenus igitur hae operae domino praestantur, eatenus eidem acquiri: at extra illas, hominem proprium quodlibet commodum sibi quaerere, ac de quaesitis omnem disponendi habere facultatem, in aprico est. Denique *pars glebae* nominantur in Lege: [i]) weil sie wegen derer Dienste, die sie denen Güthern, uff welchen sie gebohren, oder sich sonsten dahin seßhafft gemacht, zu leisten schuldig, **vor ein zugehörig Stück derselben** zu achten ꝛc. Quae vox glebae hic non de praedio, quod homo proprius possidet, sed de pago totoque domini fundo, capienda est; subditus enim et absque praedii possessione talis manet, et interdum ipsum quod possidet praedium, quodammodo vendere ac permutare valet. [k]) In hoc autem pago, vbi proprius est,

perma-

[h]) Resolution wegen derer Unterthanen vollen Landüblichen Diensten, de 20. Iul. 1621. in Corp. Iur. Lus. Super. p. 394. conf. Extract. einer Churfürstl. gnädigsten Resolution de dat. 7. Decembr. 1672. in Corp. Iur. Lusat. p. 405.

[i]) Unterthanen Ordnung art. I.

[k]) Ibid. art. 4. n. 6.

permanere, adeoque inuito domino, nec alio migrare, aut domicilium pro lubitu constituere sibi debet; quod innuunt verba: [1]) müßen sie vielmehr bey solchen verbleiben, und seynd sich andrer Orte zu wenden oder ihr Hauß-Wesen eigenes Willens, unbegrüßt der Herrschafft, zu verändern keinesweges befugt. En indolem et obligationes hominis proprii Lusatiae Superioris! Quae reliqua sunt, ex his principiis facile cognosces.

§. X.

Iura domini eiusdem prouinciae in homines proprios competentia praecipua enarrantur.

Cognita hominum propriorum Lusatiae Superioris natura, eorumque praecipuis obligationibus perspectis, iura, quae dominis in illos competunt, nunc enarrare fas est, quandoquidem iura et obligationes tam arcte inuicem cohaerent, vt vi correlatorum alterum ex altero descendat. Sed cum tale ius sit, qualis est obligatio, aliud etiam ius dominorum hoc loco esse nequit, quam quod ex indole, et obligatione subditorum deriuari potest; quapropter in illo explanando, ea quae de subditis iam dicta sunt, probe attendi, semperque ante oculos haberi debent. Primum igitur ex conditione hominum propriorum seruili, quid fluat, videndum est. Haec efficit, vt dominus *ius* habeat *homagium exigendi*, quo sic ipsum dominium subditis eo magis inprimatur, hique solenni contestatione, omnia quae ipsis incumbunt, adimplere polliceantur. Quamuis vero hoc iuramentum subditis in genere iniungatur, et omnibus iurisdictionis

[1]) Ibid. art. 1.

ctionis dominis praestetur; illud tamen hominibus propriis praecipue conuenit, quoniam arctius omnino subsunt potestati dominorum, et Ill. BOEHMERO [a]) teste, nobilibus iurisdictione patrimoniali destitutis, dictum iusiurandum ab hominibus propriis etiam praestandum est. Vt omittam, in Lusatia Superiori, etsi domino simul competat iurisdictio, homagium a subditis praestandum eo dirigi solere, vt domino non tantum qua iudici, sed et potissimum qua domino, ita iuretur: Daß ich meiner gnädigen Herrschafft allenthalben getreu, hold und dienstgewärttig seyn, allen Gehorsam bezeigen und nach derselben Geboth und Verboth mich gehorsamlich verhalten, meine schuldige Hofe- und andere Herrschafftliche Dienste, getreulich und unweigerlich verrichten, auch ohne meiner gnädigen Herrschafft Loßlaßung, oder ohne ihren Willen, mich niemahls von hier wegbegeben, vielmehr mich allenthalben also aufführen und bezeigen will, als es einem treuen und gehorsamen Erb Unterthaner eignet und gebühret. Eadem conditio seruilis etiam facit, *vt obsequii praestationem dominus a subditis exigere queat;* nihil enim est tam naturale, quam obsequendi necessitatem a me illi imponi, qui agere ad fines meos se sentit obstrictum. Idque satius manifestant verba Legis: [b]) Befehlen demnach euch allen und jeden dieses Marggraf-

F 2 thums

[a]) in saepe cit. Diss. de iure et statu hominum propriorum etc. Sect. III. §. 8.

[b]) Resolution wegen derer Unterthanen vollen landüblichen Dienste in Corp. Iur. Lusat. Super. p. 395.

thums Ober-Lausitz Unterthanen, ihr seyd gleich in Städten oder Dörfern, hiermit ernstlich, daß ihr ermeldten euren Herrschafft und Obrigkeiten, Pflicht und Gewißens halber, **allen gebührlichen Gehorsam leistet.** et alibi: [c]) daß ihr samt und sonders, beydes euern Obrigkeiten und Herrschafften, als denen euch vorgesetzten Beamten rc. **allen schuldigen Gehorsam,** *Respect* **und Ehrerbiethung erweiset.** *Reuerentiam* a subditis deberi, eamque *vrgendi ius* dominis competere, pariter partim ex natura serui, partim ex Legibus modo allatis, colligitur. Indeque nec sine ratione, *ius dominorum in matrimonia hominum propriorum consentiendi*, deriuatur; ait enim Lex: [d]) die Herrschafften aber iedes Orts sollen vor allen Dingen, wenn sich die Unterthanen verehlichen wollen, darüber Ehrenthalben, und aus **unterthäniger Ehrerbiethung** begrüßet werden. Quem consensum negligentes, aut dissensum domini posthabentes, arbitraria poena coerceri, ex rescripto regio SCHACHERVS [e]) obseruauit. Quemadmodum denique seruus non

[c]) Mandat wegen Wiederspenstigkeit Aufstand und Zusammenrottirung derer Unterthanen de anno 1689. in Corp. Iur. Lusat. Super. p. 407.

[d]) Unterth. Ordn. art. 4. n. 8. de foeminis vid. Patent de anno 1702. in Corp. Iur. Lusat. Super. p. 409.

[e]) in diss. de hominibus glebae adscriptis Lusatiae Superioris cap. 2. §. 13. ex rescripto regio de anno 1711. d. 9. Iunii. Ceterum matrimonium semel contractum, ob dissensum domini haud irritum redditur, sed suo constat valore.

non nisi seruum procreare potest: f) ita ex qualitate seruili ius oritur, quod *idem domino competit in liberos aeque ac in parentes;* quare cautum est: g) Erstlichen wird ein jedweder derjenigen Herrschafft, worunter er gebohren, unterthänig. Sequitur *ius dominorum operas exigendi* a subditis, quod ex horum obligatione perinde proficiscitur. Sicuti vero, a subditis operas indeterminatas et plenas regulariter deberi, supra docui; ita dominus non potest non eas exigendi iure gaudere firmissimo. Quo in iure, Suprema in Lusatia Superiori Praefectura, das Churfürstl. Ober Amt dominos quoque tuetur, cum eo nomine in causa quondam Herrn Christophs von Nostitz auf Schecha contra seine Unterthanen, die XXV. Maii anno MDCLI. ex iisdem principiis pronunciatum fuit: daß die Herrschafft ihre klagende Unterthanen, dieser **Landes Art nach**, täglich zu Hofe zu fordern, auch worzu, und auf welche Güther sie will, zu gebrauchen gar wohl befugt. Ex qua sententia simul apparet, quod arbitrium domini, vbi et quomodo adhibere operas velit, ne quidem restrictum sit; quinimo coincidit ea cum antiquissima consuetudine: h) Daß sie bey der uhralten, weit über Menschen Gedencken gewährten Gewohnheit, ihre Unterthanen,

f) dicitur enim in der Unterth. Ordn. art. 2. n. 1. und bey diesem Marggrafthum Herkommens, daß die Kinder des Vaters Zustand folgen.

g) Unterth. Ordn. art. 2. n. 1.

h) Extract einer Churfürstl. gnädigsten Resolution wegen Auskauffung derer Unterthanen in Corp. Iur. Lusat. Sup. p. 405.

thanen, einen oder mehr, gegen Zahlung eines rechtmäßigen Pretii auszukauffen, die andern Unterthanen aber das oder die ausgekaufften Güther, sowohl als andere Vorwerck-Aecker, zu beschicken verbunden, gelaßen werden möchten; quae ita confirmata est: da seynd Ihro Churfürstl. Durchl. nicht gemeynet, denen gehorsamen Ständen von Land und Städten, wieder das angezogene uhralte Herkommen, in diesen Puncten, wo die völligen Land-üblichen Dienste hergebracht, hierinnen einigen Eingriff thun zu lassen. Quod si subditi has operas, vel omnes vel quasdam praestare recusent, dominus ob ius ad finem, procul dubio ius cogendi coercendique renitentes, tanquam medium ad finem tendens, vi suae potestatis habebit, [i]) etsi forte non habeat iurisdictionem, quippe quae cum dominica potestate neutiquam debet confundi. [k]) Omnibus tamen et praedictis et similibus casibus, dominus illis, qui seruiunt, necessaria vitae subsidia suppeditare, [l]) ac insuper quandoque exiguam aliquam compensationem, ex moribus locorum, veluti etwas Eßen oder Getreyde oder auch Geld, porrigere tenetur. Ad haec ex eo, quod subditi pars glebae seu fundi, et ita proprii sint,

[i]) quod experientia confirmatur.

[k]) laud. BOEHMER in all. diss. Sect. III. §. 4. et 7.

[l]) Unterthan. Ordn. art. 2. n. 6. verb. die nöthigen Lebens-Mittel ꝛc. et Mand. daß kein flüchtiger Unterthaner ohne Producirung des Loß und Abzugs Briefes angenommen werden solle, in fine, in Corp. Iur. Lus. Sup. p. 396.

ſint, dominis *ius eos alienandi, permutandi, oppignorandi et quae ſunt alia, enaſcitur;* quidquid enim in bonis et alicuius proprium eſt, illud eiusmodi alienationi obnoxium eſſe, quilibet iuris peritus non ignorat. Hinc ſubditos hoſce, vna cum fundo taxari, daß ſie mit den Güthern in Anſchlag gebracht werden, et a domino in alium transferri, quotidie videmus. Vbi vero ſine praedio alienandi veniunt, ibi, vt ſubditi conſenſus intercedat, neceſſe eſt; quam in rem ſunt verba Legis: [m]) auſer Grund und Boden aber kan und ſoll ein Unterthaner wieder ſeinen Willen, weder verkaufft noch vertauſchet oder verſchencket werden. Tandem, cum ſubditi in fundo, quo nati, vel alio modo proprii facti ſunt, permanere debeant, nec alio pro lubitu migrare queant, dominis inde *ius illos retinendi, fugitiuos vbicunque locorum vindicandi*, et fugitiuis ſimiles reuocandi, conceditur; hinc etiam ſancitum legitur: [n]) Alle und iede Unterthanen, ſo aus vorhergeſetzten Urſachen unterthänig worden, können von einer jedweden Herrſchafft abgefordert werden. Item: Begäbe ſichs nun, daß einem ſein Unterthan, welchen er in rechtmäßigen Anſpruch zu nehmen hätte, zur Ungebühr vorenthalten würde, ſo ſoll der Beklagte, wenn

[m]) Unterth. Ordn. art. 2. n. 3.

[n]) Ibid. art. 3. iunct. art. 5. n. 5. et art. 4. n. 2. in fine. conf. quoque Mandat. daß kein flüchtiger Unterthaner, ohne Producirung des Loß und Abzugs Briefes, angenommen werden ſolle, item Renouation und Erweiterung vorigen Mandats in Corp. Iur. Luſ. Super. p. 396. et 399.

wenn er befunden wird, daß er wieder Fug und Gebühr die Abfolgung nicht gethan, dem klagenden Theile alle uffgewandte Unkosten und Schäden zu erstatten schuldig seyn. Quibus omnibus illud adhuc addo, quod, ſicut quilibet iuri ſuo renunciare poteſt, is autem, qui illo abutitur, eodem indignus cenſetur, ita quoque modi ſint introducti, quibus quis vel ſponte ius ſuum remittere, vel propter abuſum eo, ex Legis diſpoſitione, priuari poſſit.[o]) Sed haec de iure dominorum dixiſſe ſufficiant. Quae superſunt ſpecialiora, veluti das Recht der Bewachung des Rittersitzes zu fordern, vel particularia, quale eſt ius mortuarium, quoad bona ſubditorum, poſt eorum mortem domino competens, illa vel ex principiis iam expoſitis colligi poſſunt, vel ex cuiuslibet loci moribus addiſcenda ſunt. Nobis hic ſatis eſt ea paucis tetigiſſe, quae ius dominorum in genere conſtituere videntur.

SECTIO. II.

DE IVRE SINGVLARI, QVO DOMINI IN LVSATIA SVPERIORI, HOMINES PROPRIOS MANVMISSOS REVOCARE POSSVNT.

§. I.

Hoc ius reuocandi ſingulare intro-

Iura dominorum in Luſatia Superiori, in homines proprios, praecipue generalia, hactenus paucis delineauimus. Dantur autem et ſingularia, quae contra iuris gene-

[o]) Vides propterea et voluntariae et neceſſariae manumiſſionis exempla in der Unterth. Ord. art. 4.

generalis seu communis Lusatici tenorem introducta, ipsis competunt; quorum exemplum illud ipsum est, quod huius dissertationis argumentum nunc latius pertractandum constituit. *ductum est expressa lege.* Possunt nimirum domini Lusatici, manumissum quandoque subditum, sub iugum rursus reuocare, ac eidem, quanquam libertatem vere consecutus fuerat, denuo seruitutem imponere. Quamuis enim Ordinatio Subditorum, [a]) verbis praecipiat expressis: Anfangs wird ein jeder Unterthaner durch Erlangung eines Loßbriefes von seiner Unterthänigkeit entfreyet, et porro: und wann derogestallt von der Herrschafft ein Vater loßgelaßen wird, so sollen auch die Kinder, die der Vater noch in seiner väterlichen Gewalt hat, ungeachtet derselben in des Vaters Loßbriefe nicht gedacht worden; wenn sie nicht ausdrücklich beniemet seynd, zugleich von der Unterthänigkeit mit dem Vater befreyet werden, adeoque pater manumissus, regulariter vna cum liberis, a seruitute liberetur; casus tamen nihilominus existit, quo ille libertate concessa indignus censetur, totumque manumissionis negotium, secus ac iure Romano, retractatur. Hoc itaque ius reuocandi non nisi singulare esse potest, quoniam aperte contra iuris generalis rationem est introductum. At vero vnumquodque ius singulare, non nisi expressa Lege statutum, valere potest; derogat enim alii Legi manifestae, ac ab eius vigore dispensat: effectus autem dispensationis ne fingi quidem potest, nisi a legislatoria potestate descendat; quare etiam, tum ius singulare in se, tum nostrum

[a]) Art. 4. n. 1.

noſtrum ius ſingulare reuocationis, aliter prorſus exiſtere nequit, quam ſi expreſſa quadam Lege illud conſtitutum doceatur. Sed nec deficit haec Legis diſpoſitio, quae dominis noſtris dictum ius ſingulare tribuit, quamque nunc integram tanto maiori ſtudio apponam, quanto magis omne diſſertationis noſtrae fundamentum in ea ponendum eſt. Verba illius haec ſunt: [b]) **Und weiln zum öfftern 5. diejenigen, ſo Loßbriefe erlanget ſich nicht andrer Orten unterthänig machen wollen, ſondern ſolche zu muthwilliger Freyheit gebrauchen: Als ſollen die Loßbriefe ins künfftige von eines iederm *dato* an, weiter nicht denn ein Jahr gelten, und nach Ausgang deſſen, doferne ſich ein ſolcher weder uff dem Lande, noch in Städten ſeßhafft gemacht, von ſeiner vorigen Herrſchafft wieder gefordert werden, und dieſelben künfftig denen Unterthanen keine Loßbriefe anders, denn an die Herrſchafften und Obrigkeiten, entweder uffm Lande oder in Städten, do ſie ſich hinbegeben wollen, ertheilen.**

§. II.

Manumiſſio neceſſaria ſeu legalis hac Lege ſubintelligi non poteſt.

Varia in dicta Lege occurrunt, quae prius inueſtiganda et explananda ſunt, quam illius ſummam exponere poſſumus. Primum illa ſupponit manumiſſionem celebratam, dicitur enim: ſo Loßbriefe erlanget, item: ſolche zu muthwilliger Freyheit gebrauchen. Cum autem plures manumiſſionis ſpecies in Ordinatione Subditorum [a]) tradantur, hoc

[b]) in der Unterth. Ordn. art. 5. n. 5.

[a]) art. 4.

hoc loco ſtatim quaeritur: an omnes ibidem commemoratae: an quaedam ex illis manumiſſionis ſpecies, et in his, quales potiſſimum ſubintelligendae ſint? Quod non omnes huc pertineant, tam Lex ipſa docet, quam nonnullarum manumiſſionis ſpecierum natura commonſtrat. Etenim in Lege dicitur: Als ſollen die Loßbriefe ins künfftige von eines jeden dato an, weiter nicht denn ein Jahr gelten; quippe quod in omni manumiſſionis caſu applicari nequit. Vt autem de manumiſſionis quibusdam ſpeciebus pleniſſime conſtet, quam parum natura earum, laudatae Legi reſpondeat, omnes ac ſingulae ſunt perpendendae, quas vel *neceſſarias* vel *voluntarias* eſſe, Leges Luſaticae manifeſtum reddunt. Primum de neceſſariis agendum, quae rurſus vel tendunt in poenam domini, vel in poenam ſubditi, vel denique in fauorem aut ſubditi, aut matrimonii. Ea quae in poenam domini eſt introducta, in Legibus ita exprimitur: [b]) Trüge ſichs auch zu, daß die Herſchafft mit denen Unterthanen allzugrauſam und grimmig verführe, ihnen alle Lebens Mittel, durch übermäßige Beſtraffung, oder in andre Wege benähme, die Dienſte über Erträglichkeit, wieder des Landes Gebräuche, wieder Billigkeit und jedes Ortes Satzungen, allzu hart ſpannen, oder andere unzuläßliche, und zu Recht verbothene Gewalt gegen ſie verüben thäte, und ſolches wäre Landkündig, oder könte, wie zu Recht beſtändig, erwieſen werden; ſo ſollen in dergleichen Fällen die beſchwerten Unterthanen, weiln die in der Natur und Rechten gegrün-

 dete

[b]) ibid. n. 5.

dete Billigkeit nicht zugeben will, dieselben unter einem so schweren Joch kräncken zu laßen, nach vorgehender rechtmäßiger Erkenntniß der Aemter, von der Pflicht der Unterthänigkeit nicht unbillig losgezehlet werden. Hac igitur sanctione saeuitia domini punitur, iuris et proprietatis in subditum amissione. Qualis autem quaeso esset poena, si domino nihilo secius in manumissum adhuc ius reuocandi competeret? Nonne dominus ita puniretur, et simul non puniretur? inprimis, cum hanc poenam ad annum tantum durari, non sit sancitum. Ita huius ex manumissionis indole perspicitur, quod ea sine contradictione, sub dicta Lege non comprehendatur. Quae vero manumissionis species in poenam hominis proprii est proposita, illa ex eius delicto descendit; ait enim Lex: [c]) Da auch ein Unterthaner wegen Mißhandlung, oder aus andern Bedencken, von der Herrschafft von Grund und Boden verjaget wird. Quo casu subditus proprio facto promeruit, vt fundo expelleretur, quod ipsum iam satis indicat, reuocari expulsum non posse, quia reuocare, et fortunis aliquem in poenam expellere, tanquam sibi inuicem contraria, rursus inuicem stare nequeunt simul. Sed vix opus est hac meditatione, cum tota res expressim Lege conficiatur; pergit enim, so solle selber vor seine Person loß seyn, und kan sich die Herrschafft, weilen sie sich deßen verziehen, weiter nicht anmaßen. Patet itaque, quod nec haec manumissionis species, ad ius nostrum singulare applicari possit. Supersunt manumissiones fauorem aut

[c]) Ibid. n. 3.

aut ſubditi, aut matrimonii reſpicientes. De illo caſu ſic diſponitur: [d]) Wann Weiber und Kinder, nach der Ehemänner und Väter Abſterben, Grund und Boden um des willen, daß ſie der Herrſchafft Dienſte davon zu verrichten nicht vermögen, ſelbſt willig verlaſſen, oder auch, wo es ſeyn will, verkauffen, und ſich hierauf unter andere Herrſchafft, ihren Unterhalt und Lebens Mittel allda zu ſuchen, begeben; ſo ſollen uff ſolchen Fall die Kinder von voriger Herrſchafft, als welche ſie einmahl erlaßen, und ſich gleichſam ihres Rechtes begeben, nicht in Anſpruch genommen und abgefordert werden. Manumittuntur itaque ipſo iure, viduae liberique parentibus orbati, quando ſeruiendi facultate deſtituti, glebae, cui addicti erant, ſponte renunciant, et ſuſtentationem alibi quaerunt. Quod beneficii genus haud ſupereſſet, ſi domino priori ius reuocandi concederetur. Taceo, quod iam in Lege expreſſum ſit, dominum hoc modo iuri ſuo renunciaſſe, adeoque in ſubditum, qui nunc liber eſt, nihil in poſterum retinuiſſe. De fauore matrimonii haec leguntur conſtituta: [e]) Demnach auch etliche Obrigkeiten und Herrſchafften im Lande, dem Verlaut nach ſich unterſtehen ſollen, denen Unterthanen, wenn ſie ſich verehlichen wollen, Einhalt zu thun, und aber derſelben in allewege oblieget, vielmehr über Göttlicher Ordnung ſteif zu halten, als ſelbe zu hindern; ſo ſoll ſolches keinesweges, auch nicht unter dem Schein und Tittul, als wann die Herrſchafft ſolche Perſonen, ſo ſich mit einander verehlichen wollten, zu ihren Dienſten bedürfftig wäre, gedul-

[d]) Ibid. n. 4. [e]) Ibid. n. 8.

geduldet werden, sondern in Krafft dieses abgeschafft und verbothen seyn. Quod si itaque homo proprius in alio loco coniugem sibi quaerat, et vt, matrimonio contracto, domicilium ibidem constituat, impellatur, dubium non est, quin propterea beneficio Legis libertatem consequatur, quo casu tamen pretium consuetum domino soluitur, et ab hoc dimissionis testimonium exhibetur. Idque duplici modo fieri potest, vel ita, vt subditus siue masculus siue foemina sit, cum persona plane libera, vel vt cum alius domini proprio homine, coniungatur. Quod autem eiusmodi dimissus neutro casu, a quondam domino reuocari possit, inde clarum est, quoniam, si consensu domini cum libero homine matrimonium contraxit, neque alter coniux inuitus in seruitutem trahendus, [f]) nec matrimonium irritum faciendum est, quorum alterutrum, admissa reuocatione fieri oporteret: et si cum alius domini proprio homine in societatem coniugalem coiuit, ius domino nouo quaesitum non patitur, vt a domino priori auocetur, a quo potius libertatem iure consecuta censetur. Quae cum ita sint, in aprico positum videmus, quod nec manumissiones in fauorem aut subditi aut matrimonii introductae, in nostra Lege contineri aut supponi queant.

§. III.

[f]) quamuis foemina libera homini proprio nubat; hoc enim loco supponitur casus, quo mas vxorem ducere nequeat, nisi domicilium ex voto foeminae mutet. Alias non diffiteor, vxorem sequi conditionem mariti. Unterth. Ordn. art. 4. n. 8. in f.

§. III.

Voluntariae manumiſſiones in Luſatia Superiori vſitatae, duplicis generis eſſe conſpiciuntur; vel enim ex facto quodam, ob manumiſſionem haud principaliter ſuſcepto, colliguntur, ac *tacitae* vocari merentur: vel eum in finem praecipue celebrantur, vt ſubditum a dominica liberent poteſtate, quae *expreſſae* appellari poſſunt. Tacitis illis quondam accenſebatur, *ſi quis praedium ſuum*, ſein Ritter-Guth, *ipſis eiusdem praedii ſubditis vendiderit*, quale exemplum die X. Maii anno MDCLXI. obtigit, vbi Dominus WIGAND A LVTZELBVRG praedium ſuum quod appellatur Quadiß, eiusdem fundi ſubditis, iudiciali confirmatione accedente, vendiderat. Sed cum haec alienandi poteſtas, per pacta Ordinum Luſatiae Superioris prouincialia, [a]) maximopere reſtricta ſit, adeoque idem caſus, vix ac ne vix quidem exiſtere queat, certe non erit, quod multum inueſtigetur, num eiusmodi ſubditi liberi facti, queant reuocari, aut caſus iſte ad Legem noſtram referri. Sed aliae manumiſſionis tacitae ſpecies ſuperſunt, magis hodie vſitatae, ac dignae quae hoc loco paucis adducantur. Huc itaque pertinet, *ſi dominus hominem proprium fundum ſuum ipſi*

Voluntariae manumiſſiones tacitae recenſentur, easque ad Legem noſtram non pertinere probatur.

[a]) conf. Pactum wegen nicht Veräußerung der Ritter Güter an Bürgerl. Perſonen anno 1619. initum, anno 1654. renouatum, et anno 1666. a principe confirmatum. Adde Land Tags Schluß Eliſabeth de anno 1725. ad Propoſ. 5. vid. inprimis Ober-Amts Patent, die limitirte Frey-Verkauffung derer Unterthanen betreffend. de anno 1708. in Corp. Iur. Luſ. Sup. p. 412.

ipsi vendere inuitum cogit, [b]) wenn er von der Herrschafft wieder seinen Willen ausgekaufft wird; quo casu Lex ait: wird ein Unterthaner Rechtswegen los, und ist den Loßbrief zu lösen nicht schuldig. Pariter, *si domino subditus fundum suum sponte tradit aut reddit*, expressum est Lege: [c]) Do aber der Unterthan freywillig der Herrschafft sein Gut überläßt, so ist auf solchen Fall besagte Herrschafft, zumahln wenn sie ihm nothdürfftige Mittel oder andern Grund und Boden nicht verschaffen könnte, demselben einen Loßbrief zu geben schuldig. Dum igitur dominus fundum oblatum accipit, nec aliunde offerenti vitae subsidia suppeditat, subditum tacite statim dimisisse censetur. Vtraeque hae species nostra Lege comprehendi non videntur, nam vtroque casu dominus se nolle subditum amplius sustentare, declarat, quippe hunc alias retinuisset: at sustentationem denegare, et ius seruitutis continuare, tum vniuersali, tum Lusatico iure, [d]) simul nunquam potest admitti. Accedit quod subditus his casibus indistincte libertatem consequatur, quae propterea temere retractari a dimittente nequit. Neque obstat, quod dicitur: [e]) Jedoch sollen solche Unterthanen diesertwegen sich nicht uff ledigen Sattel legen, oder den Ackerbau verlaßen, sondern unter andre Herrschafft im Lande, alldar sie des Ackerbaues und was demselben zugehörig, pflegen können, wiederum zu setzen und

[b]) Unterth. Ordn. art. 4. n. 2. Moribus tamen, vt et rescriptis principis, hanc venditionem fundorum rusticis extorquendi licentia sic est restricta, vt non facile, nisi praegnantes ob caussas, et cognita demum caussa, locum sibi vindicet.

[c]) Ibid. [d]) Ibid. art. 1. [e]) Ibid. art. 4. n. 2. in f.

und unterthänig zu machen oder auch in und bey den Städten dieses Marggrafthums sich niederzulaßen pflichtig seyn; haec enim necessitas manumissis imposita, non etiam priori domino ius aliquod sigillatim tribuit. Et quis quaeso, saluis sanae rationis principiis, ita poterit argumentari: subditus manumissus non debet otiosus vagari, sed agros et imposterum colere firmumque denuo sibi alicubi domicilium constituere tenetur; ergo mihi, tanquam illius quondam domino, competit ius eum ad me reuocandi? Meliori potius iure ex verbis modo expositis colligitur, quemlibet magistratum, ob Legem et publicam salutem, vi ac potestate gaudere, vagabundum eiusmodi manumissum adstringendi, vt hic suae obligationis memor, locum, quo officio satisfiat, quaerat, quamuis in eligendo arbitrium manumisso liberum relinquendum sit. Eiusdem fere conditionis ea etiam censetur tacita manumissio, *qua is, qui alibi sedem fortunarum suarum figens, fundum suum, domino volente vendit aut permutat, liber fit*, quae ita exprimitur: [f]) Dofern auch ein Unterthan um Fortstellung seiner häußlichen Nahrung sich anders wohin zu begeben Willens, und seinen Grund und Boden mit Einwilligung der Herrschafft verkauffet oder vertauschet, so soll er seiner Pflicht und Unterthänigkeit loß gezehlet und gegen Erlegung billig-mäßiger Gebühr loßgelaßen werden. Haec nimirum species manumissionis tanto minus ad Legem nostram spectabit, quanto magis domino integrum est, initio deliberare, velitne venditionem, aut permutationem

[f]) Ibid. n. 6.

nem concedere, causamque mutationis a subdito allegatam, vt sufficientem et iustam ratihabere, aut forte petitam liberationem recusare; constituitur enim: [g]) Im Gegenfall aber, do er den Ackerbau verlaßen, auf ledigen Sattel liegen ꝛc. auch dadurch sich der allgemeinen Landes Beschwer und Mitleidung entbrechen wollte; so kan ihme die Loßzehlung seiner Pflicht mit Fug und Billigkeit abgeschlagen werden. Quodsi ergo dominus hoc modo libertatem semel est largitus, id sane non sine iusta causa fecisse, adeoque iure reuocandi se priuasse credendus est. Hinc etiam aperte praecipitur: [h]) Diejenigen nun, so ihren Grund und Boden, wie jetzo gedacht, mit Rath und Vorwißen der Herrschafft andern verkaufft oder vertauschet ꝛc. sollen weder vor sich noch ihre Kinder als Unterthanen weiter angesprochen werden. Quoniam tamen his manumissis eadem ac iis, quos modo recensui, necessitas iniuncta deprehenditur, qua sedem fixam sibi constituere, reique publicae vtiles esse tenentur, eandem hic tribuo iudici potestatem, eosdem qui contraueniunt, ad officium compellendi. Neque aliud eiusdem articuli verba: [i]) so kann ihme die Loßzehlung seiner Pflicht mit Fug und Billigkeit abgeschlagen werden, **welches denn auch uff vergangene Zeit zu verstehen seyn wird**, innuere videntur. Sequuntur enim immediate illam admonitionem, qua subditi liberi facti, nouum firmumque domicilium quaerere, et ab omni otio abstinere obligantur, adeoque nil nisi hoc volunt, vt eiusmodi manumissi, nec tractu temporis ab illa obligatione

ne

[g]) Ibid. [h]) Ibid. [i]) Ibid. p. 389. in f.

ne liberentur. Quodſi eadem verba ius reuocandi domino priori concederent, iis haud potuiſſet ſubiungi, quod iam enarrauimus: ſollen weder vor ſich noch ihre Kinder als Unterthanen weiter angeſprochen werden. Supereſt vltima manumiſſio tacita, quae in Ordinatione Subditorum traditur, *ſi liberi ſubditorum ad litterarum ſtudia incubuerint, vel in vrbibus mercaturam exercuerint, aut opificio operam dederint, vel denique caſtra ſecuti officio quodam militari ornati fuerint.* Quod ita ſubditi libertatem adipiſcantur, ipſa Lege conficitur: [k]) So iſt doch auſer Zweifel davor gehalten auch dahin geſchloßen worden, wenn eine Herrſchafft von dieſem Wißenſchafft getragen, daß ſie ſich ihres Rechtens und Zuſpruches an ſolchen Unterthanen ſtilleſchweigend begeben habe, und ſollen ſich dannenhero dergleichen in Anſpruch genommene Perſonen, mit dem Vorwande ſo lange erhaltener Freyheit, zu behelffen in alle Wege befugt ſeyn; So fern aber die Herrſchafft hiervon keine Wißenſchafft gehabt hätte, ſo ſoll ein ſolcher Unterthan ſchuldig ſeyn, des Schadens oder Abgangs wegen ſich mit ſeiner Herrſchafft nach billigen Dingen zu vergleichen. Quod autem nec haec manumiſſio pertineat ad noſtram Legem eadem verba luculenter ſatis oſtendunt. Duplex enim eſt caſus, quo dicta omnia contingere poſſunt, aut ſcilicet domino ſciente, aut eo ignorante. Si dominus ea fieri ſciuit, res clara eſt ob verba: Daß ſie ſich ihres Rechtens und Zuſpruchs an ſolchen Unterthanen ſtillſchweigend begeben habe, adeoque reuocationi haud amplius

k) Ibid. n. 7.

plius poteſt eſſe locus. Contra ſi dominus ea fieri ignorauit, indemnis quidem ſeruari a ſubdito nunc libero debet, ſoll ein ſolcher Unterthan ſchuldig ſeyn, des Schadens oder Abgangs wegen ſich mit ſeiner Herrſchafft nach billigen Dingen zu vergleichen; attamen in ſeruitutem retrahi nequit, quoniam alias haec admiſſa reparatio damni prorſus inanis foret atque ſuperflua. Sic opinor me ſatis dediſſe probatum, nullam tacitae manumiſſionis ſpeciem ſub Lege noſtra poſſe comprehendi.

§. IV.

Voluntariae manumiſſiones expreſſae exponuntur, et quatenus hae in Lege noſtra ſubintelligantur, euincitur.

Accedo ad manumiſſiones expreſſas, ſiue ad illos actus, qui eo principaliter tendunt, vt homo proprius liber fiat, quas vel cauſa mortis, vel inter viuos, expediri poſſe, ſatis conſtat. Illae quae mortis cauſa fiunt, non poſſunt non fieri per validam quamlibet vltimam voluntatem. Cum enim vſus vltimarum voluntatum in Luſatia Superiori domeſtica Lege non in ſpecie determinatus, ſed ex iure Romano receptus ſit; illud IVSTINIANI [a]) imperatoris praeceptum, quo licere minus non debet vltima voluntate, quam actu inter viuos, hic procul dubio quoque valebit. Quemadmodum igitur dominis inter viuos libertatem donandi licentia competit; ita mortis cauſa eadem iis non poteſt ademta cenſeri. Quando autem quaeritur, num haec ſpecies manumiſſionis, heredibus teſtatoris, ex Lege noſtra ius reuocandi relinquat? id quidem nequaquam affirmandum videtur; Nihil enim eſt, quod magis

[a]) in §. vn. I. de Lege Fuſia Caninia tollenda.

magis hominibus debeatur, quam vt ſupremae voluntatis liber ſit ſtylus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium: [b]) quinimo diſponat vnusquisque, inquit imperator IVSTINIANVS, [c]) ſuper ſuis, vt dignum eſt, et ſit Lex eius voluntas. Hoc igitur caſu tanquam ex Lege conſecutus eſt libertatem dimiſſus, quam heredes illibatam ſeruare tanto magis tenentur, quanto magis facta defuncti ab iis praeſtanda ſunt, neque Lege Luſatica aliud hac de re cautum eſt. Cum tamen generale Luſatiae Superioris ſtatutum iubeat, ne quis adepta ſua libertate male vtatur, otio forte deditus ac velut inutile terrae pondus diuagetur, tandemque delinquendi occaſionem nanciſcatur, dubitandum ſane non eſt, quin eiusmodi manumiſſus, vt alicubi denuo ſe ſubiiciat et ſedem figat, magiſtratus auctoritate compelli queat. Sequitur manumiſſio expreſſa inter viuos celebrari ſolita, quae dato affrancamento quod vocant, Germanice einem Loßbriefe, expeditur; etenim Lex ait: [d]) Anfangs wird ein jedweder Unterthaner durch Erlangung eines Loßbriefes von ſeiner Unterthänigkeit entfreyet. Haec vt rite fiat requirit, *vt verus tantum dominus manumittat, aut ille, qui cauſam a domino habet*, quod oſtendunt verba: [e]) welcher aber von niemand anders als dem Eigenthums-Herrn ertheilet werden ſoll, oder denen er ſolches durch ſonderbahren ausdrücklichen Vergleich überlaßen, quo loco tamen marito in praediis dotalibus, niſi manumittendo damnum inſigne vxori

 inferat,

[b]) L. 1. C. de SS. Eccleſ. [c]) Nou. XXII. c. 2.
[d]) Unterth. Ordn. art. 4. pr. [e]) ibidem.

inferat, idem ius conceditur: [f]) deinde *vt ille dominus liberam rerum suarum habeat administrationem*, adeoque alienandi potestatem, quia manumittens alienat; denique *vt hoc non fiat in fraudem creditorum*; nam eo nomine disponitur: [g]) do sich auch ein Schuldwesen bey einer oder der andern Herrschafft ereignet, so soll zwar die Loßgebung der Unterthanen von dem Schuldner, jedoch anders nicht, denn mit Zuziehung und Einwilligung aller und jeden Gläubiger geschehen, item: Wann Unterthanen andern verschrieben und ausdrücklich verpfändet sind; so sollen dieselben zu Nachtheil der Gläubiger nicht loßgegeben werden; tandem *vt instrumentum* der Loßbrief *a manumittente subscriptum exhibeatur*. His igitur obseruatis requisitis, dicta manumissio verum libertatis effectum producit, sicut e contrario vno alteroue requisito neglecto, totum negotium ipso iure nullum est. Hanc autem solam manumissionis speciem illam esse, quam Lex nostra supponit, ex validis rationibus, mox luculentius elucebit. Mentionem videlicet Lex facit primum eorum, qui per nominatum instrumentum dimissionis liberati sunt, so Loßbriefe erlanget. Ad haec alia eiusdem fere tenoris locutio ibidem occurrit: Als sollen die Loßbriefe inskünfftige von eines jedern dato an weiter nicht denn ein Jahr gelten. Item: keine Loßbriefe anders denn an die Herrschafften und Obrigkeiten ertheilen. Quae omnia clare commonstrant, quod in hac Lege alia, quam per instrumentum, einen Loßbrief, celebrata manumissio non intelligatur. Sed nec aliam,

quam

[f]) Ibid. [g]) Ibid.

quam voluntariam expreſſam, quamue ſubditus decenter petiit, ſubintelligendam eſſe, duplici argumento commotus aſſero. Alterum in eo verſatur, quod totus articulus quintus, Ordinationis Subditorum, agat de ſubditis fugitiuis, von flüchtigen Unterthanen, iisque noſtros manumiſſos annumeret, quatenus libertate ſua male vtuntur, hosque poſt annum, niſi fixum domicilium ſibi parauerint, pariter ac illos repetendos eſſe ſtatuat, adeoque tales omnino ſupponat, qui proprio motu, et ea quidem intentione, vt vbiuis locorum diuagarentur, libertatem etſi ſub- et obreptitie impetrauere: haec autem in reliquis manumiſſionum caſibus, vbi dominus ad danda liberationis inſtrumenta, Loß-briefe, obſtringitur, non reperiantur, intentio ſaltem diuagandi nullo in caſu tam facile metuatur. Alterum argumentum in iis quae iam tradidi, eſt ponendum, cum paulo ante [h]) docuerim, omnes alias manumiſſiones in Ordinatione Subditorum expoſitas, ob ſingulares adductas rationes, ſub Lege noſtra non poſſe contineri. Fieri quidem poteſt, vt omnes alii dimiſſi non minus omniuagi euadant: aſt quia domino priori ius reuocandi manumiſſum, tantum in caſu manumiſſionis propoſito, expreſſim eſt conceſſum, in reliquis vero nil niſi ius vagantem compellendi, vt domicilium firmum ſibi quaerat, cuilibet conſtitutum eſt; [i]) hinc vtrumque vt probe ſeparetur, nec ab

h) h. Diſſ. Sect. II. §. 2. et 3.

i) vid. arg. in der Geſinde Ordnuug §. 3. in Corp. Iur. Luſ. Super. p. 420.

ab hoc ad illud conclusio ducatur, Legum omnino ratio postulare videtur.

§. V.

Formula affrancamenti germanice eines Loßbriefes exhibetur eiusque diuersitas annotatur.

Cum Lex nostra affrancamentorum derer Loßbriefe mentionem quoque faciat, de his quaedam hic adiicere haud incongruum fore arbitror. Sunt illa in genere nihil aliud quam *Instrumentum a domino subscriptum, quo iste hominem proprium seu subditum suum, in eodem nominatum, a seruitute seu subiectione dimissum esse testatur.* Nisi enim subditus a domino vere adeptus sit libertatem, eiusdem litterae dimissionis animo fingi plane nequeunt. Non tamen in omni manumissione exhiberi solent; dantur enim nonnulli casus, quos iamiam recensui, quibus quis solo iure liber sit, da der Unterthaner Rechtswegen los wird und den Loßbrief zu lösen nicht schuldig ist. Quoties vero exhibentur, toties in iis conficiendis iura Lusatica generatim requirunt: 1. *nomen domini*, aut illius qui a domino caussam habet, legitime subscriptum, quo sic de intentione proprietarii constet: 2. *nomen subditi dimittendi*, vt inde appareat, quisnam libertate sit ornatus; vbi monendum est, opus non esse, vt manumissi liberorum iniiciatur mentio, quia liberi in patria potestate adhuc existentes, nisi speciatim et ex caussa excepti, simul liberati, illi vero, qui separatam iam instituerunt oeconomiam, in seruitute retenti ipso iure censentur: [a]) 3. *conditionem seu admonitionem*,

[a]) vid. Unterthanen Ordn. art. 4. n. 1. in Corp. Iur. Lus. Super. p. 387. in f.

nem, vt manumiſſus nouum alibi domicilium ſibi conſtituat, vel ſe ſubiiciat; hoc enim ſtatuta Luſatiae Superioris in vniuerſum deſiderare cernimus, vt ſubditi liberi facti non diuagentur, ſed in reipublicae vtilitatem, ſuos etiam in poſterum labores impendant, indeque notanter dicitur, [b]) jedoch ſollen ſolche Unterthanen dieſertwegen ſich nicht uff ledigen Sattel legen, oder den Ackerbau verlaßen, ſondern unter andere Herrſchafft im Lande wiederum zu ſetzen und unterthänig zu machen, oder auch in und bey den Städten dieſes Marggrafftthums ſich niederzulaßen pflichtig ſeyn, et eiusmodi monitoriam formulam, litteris dimiſſoriis plerumque inſeri, mores huius prouinciae quotidie teſtantur: 4. *annum et diem*, vt ita certum ſit, ex quo tempore data ſit libertas, partim ob commodum ipſius manumiſſi, qui ſtatim poſt haec liberius agere incipit, partim ob ius domino forte adhuc competens, veluti reuocationis. Haec ſunt praecipua, dicti inſtrumenti dimiſſorii, requiſita. Quibus expoſitis illud adhuc eſt addendum, quod ſubditi pagi cuiusdam, Seydauiae, auf der Seydau, prope Budiſſam ſiti, qui Slauicae quidem originis ſunt, attamen arci Ortenburgo addicti, mitioris conditionis eſſe conſpiciuntur, quoties libertatem impetrant, loco affrancamenti, tantum de moribus bonis teſtimonium, a iudice pagano et ſcabinis ſubſcriptum, accipiunt, propoſito quod intendunt ſimul expreſſo, veluti: etc. Als bezeugen wir Gerichten hiermit, daß ſeine Eltern fromme Gottesfürchtige Leuthe geweſen, ſein Vater

[b]) Ibid. art. 4. n. 2.

Vater ist gewesen der arbeitsame ꝛc. und weil gedachter N. in Willens ist, sich bey den N. auf Dero habenden Land-Guthe, N. unterthänig einzulassen, und wir Gerichten der Gemeine Seydau und sämtliche Unterthanen, ihm N. anders nichts, als alles liebes und gutes wißen nachzusagen, und sein Begehren vor billig erkannt haben; Als haben wir ihm an seiner Wohlfarth in keine Wege verhinderlich seyn wollen, und ihm dieses gerichtliche Attestat wohlwißend ertheilet. Quod autem porro ad affrancamenta illa attinet, eadem diuersi omnino generis deprehendo. Quaedam enim ex necessitate et beneficio Legis dantur, veluti matrimonium ineunti, cui per coniugium alibi sedem fortunarum suarum figendi occasio praebetur, [c]) quod etiam in litteris exprimitur: und mir zu erkennen gegeben, wie er eine gute Gelegenheit habe, sich zu N. durch Heyrath zu helffen, und sich daselbst ansäßig zu machen. Quaedam tacitam manumissionem iamiam supponunt, ac in eius testimonium tantum dantur, vtputa si subditus coactus est, vt inuitus fundum suum domino venderet, [d]) vel si animo sedem suam alio in loco quaerendi dominumque deserendi, huius consensu, fundum suum vendidit vel permutauit. [e]) Quae duo litterarum dimissoriarum genera, siue manumissionem legalem, siue tacitam voluntariam spectes, vix latius considerari merentur, cum nullo eorum casu ius reuocandi obtineat, [f]) adeoque ad Legem nostram illa non pertineant. Quaedam tandem

ita

[c]) Ibid. n. 8. [d]) Ibid. art. 4. n. 2

[e]) Ibid. n. 6. [f]) Ibid. art. 5. n. 5.

ita ſunt comparata, vt ex arbitrio domini expreſſe dentur, ſiue dominus propria, ſiue a ſubdito allegata cauſa commotus, veluti ſi dominus plures habeat ſubditos, quam quibus vti queat, aut ſi ſubditus meliorem fortunam alibi quaerere intendat, precibus ſubditi annuat et impertiat libertatem. In his quidem Ordinatio Subditorum g) deſiderat, vt ad illum dirigantur, cui manumiſſus impoſterum ſubeſſe velit, his verbis: und dieſelben künfftig denen Unterthanen keine Loßbriefe anders denn an die Herrſchafften und Obrigkeiten, do ſie ſich hinbegeben wollen, ertheilen. Cum autem ſaepenumero contigerit, vt manumiſſus non ſtatim nominare potuerit locum, quo ſe conferret, factum inde eſt, vt hoc requiſitum legale ſenſim in deſuetudinem abire coeperit. Haec interim affrancamenta, quae poſtremum nominaui, ex eo, quod ante tradidi, ſub Lege noſtra continentur, quorum formulam, vt moribus conficitur, nunc apponendam eſſe duxi. Jch N. N. uhrkunde und bekenne hiermit, demnach mein Erb Unterthan N. N. mir gehorſamſt zu erkennen gegeben, was maßen er gewilliget, unter andrer Herrſchafft in hieſigem Marggrafthum ſich niederzulaßen, und der Fortſtellung ſeiner häußlichen Nahrung zu ſuchen, mit angehängter demüthiger Bitte, ihn der Unterthänigkeit, womit er mir und meinen Vorfahren, an dem Gute N. bisher verwand geweſen, zu erlaßen, und ihme hierüber einen gewöhnlichen Loßbrief zu ertheilen. Wenn ich denn ſeinem Bitten aus bewegenden Urſachen ſtatt gegeben, auch ihn

g) Ibidem.

an der gehofften Verbeßerung seiner Wohlfarth zu hindern nicht gemeinet; Als will ich vor mich und meine Erben und künftige Besitzer ermeldeten Gutes N. besagten N. N. der Unterthänigkeit und Pflicht = Schuldigkeit, womit er mir als Herrschafft bisher zugethan gewesen, gäntzlich erlaßen und loß gezehlet haben, dergestalt und also, daß er N. N. unter anderer Gerichts = Herrschafft in hiesigen Marggrafftthum Ober Lausitz, seiner guten Gelegenheit nach, der Unterthanen Ordnung gemäß sich niederlaßen, seßhafft machen, und seine Wohlfarth suchen und befördern möge; Worwieder ich in keine Wege seyn will. Uhrkundlich habe ich diesen Loßbrief eigenhändig unterschrieben und mit meinem angebohrnen Petschafft besiegelt. Signatum N. den 10. April. 1748.

(L. S.) N. N.

§. VI.

Num annus ciuilis an Saxonicus in Lege nostra intelligendus sit, peruestigatur.

Haec affrancamenta quae secundum Legem nostram dantur, ad spatium anni tantum valere dicuntur. Als sollen die Loßbriefe ins künfftige von eines jedern dato an weiter nicht denn ein Jahr gelten, vbi noua meditatio instituenda est, num annus ciuilis, an Saxonicus hoc loco sit intelligendus? quod enim inter vtrumque aliquod sit discrimen, et annus, quem Saxonicum vocamus, cum additamento suo longius extendatur, quam ille ciuilis, id etsi taceam, inter omnes constat. Res ipsa in Lege non adeo est exposita; hinc ambigua pluribus, ac disceptationibus ICtorum consuetis, obnoxia relinquitur. Illi, qui in foris Lusatiae Superioris versantur, quantum ego quidem compertum habeo, annum

annum Saxonicum hic intelligunt, quia tempus iſtud annale in territorio inuentum eſt, in quo ius Saxonicum commune receptum viget. Quam in ſententiam eorum fortaſſis opinione deducuntur, qui aſſerunt, ius Saxonicum non aliam agnoſcere praeſcriptionem annalem, quam quae eſt anni et diei, quiue exinde colligunt, omne ſpatium annale in terris, vbi ius Saxonicum valet, introductum, non niſi de anno Saxonico exaudiendum eſſe, quoniam ſtatutum potius ex alio ſtatuto, quam ex iure communi declarandum ſit, et qui tandem vno veluti ore fatentur, ſub vocula Jahr, vel Jahres Zeit, ex moribus Saxoniae annum cum ſex ſeptimanis et tribus diebus ſemper latere. [a]) Verum enim vero, quod his principiis nemo tutus inniti queat, IOANNES PHILIPPI [b]) inprimis probauit, vnde id quod ad rem noſtram ſpectare videtur, paucis repetam. Nondum videlicet exploratum eſt, ius Saxonicum nullam aliam annalem praeſcriptionem, quam cum additamento, agnoſcere. Quod, quamuis etiam concedatur, verum tamen tantum eſt in iis, quae ſoli Saxonico iuri debent originem, adeoque perperam ad illas, quae ex diuerſis fontibus ortae ſunt, applicatur, cuiusmodi exemplum plura praeſcriptionum tempora, praeter Saxonicas Leges ex iure Romano recepta, praebent. Neque dubio caret, voculam

[a]) Quos copioſe allegant CARPZOV. P. IV. Conſt. 46. def. 3. et PHILIPPI in Obſeruationibus Iur. Pract. ex Deciſionibus Electoral. Saxonic. ad Dec. XI. Obſeruat. 3. n. 16. ſequ.

[b]) dict. Obſeruat. 3. ad Deciſ. Elect. XI.

Jahr vel Jahres Frist, annum semper cum dicto augmento, iure Saxonico denotare; hoc enim tempus perinde olim per verba, Jahr und Tag, explicari consueuit, [c]) quam hodienum inter eiusmodi, et alius anni explicationem, satis distinguitur. Quod postremum Diui IOANNIS GEORGII II. Electoris Saxoniae decisio [d]) egregie docet his verbis: Dieweil aber dennoch die Worte im Torgauischen Ausschreiben und Gerichts Ordnung, disfalls von einer Jahrs-Frist, ohne Anhang der Wochen und Tage, wie sonsten, wenn es de anno Saxonico redet, gemeiniglich in denen Constitutionen geschiehet, Meldung thun, und dahero von einem Jahre, so 52. Wochen in sich enthält, zu verstehen. Ego vero hac tota disceptatione hoc loco supersedere nos posse, mihi persuadeo, quoniam nec in iure Ciuili nec Saxonico, sed statutario aut prouinciali Lusatico versamur. Non enim video, quae sit connexio et argumentandi ratio: in Lusatia Superiori annus in aliquo casu debet attendi; ergo annus iste non nisi Saxonicus aut ciuilis esse potest. Nonne idem esset, ac si quis ita velit argumentari: in Saxonia receptum est ius ciuile Romanum; ergo quoties anni spatium in Saxonia venit obseruandum, toties illud ex iure ciuili nonnisi absque septimanarum et dierum augmento, explicandum est? Certe quam absonum hoc posterius ratiocinium foret, ita illam de anno Lusatico concludendi ratio-

[c]) vid. Land-Recht Lib. I. art. 38. et Gloss. passim. it. Weichbild art. 4. ibique Gloss. Lehn-Recht c. 25. ibique Glossa et alibi passim.

[d]) Dec. Elect. XI.

rationem, quilibet non minus incongruam exiſtimabit. Quamuis igitur principia illa, quae de annali Saxonico tempore nonnulli fouent, in vniuerſum vera eſſent, tamen ea huic doctrinae ſatis inique accommodantur. Indeque ſimul corruit, quod alii cenſent, ſtatutum magis ex alio ſtatuto, quam ex iure communi declarandum eſſe; vbi enim neutro indigemus, ibi nec alterutrum eligi oportet. Quibus accedit, quod omnes confiteantur, ius ſtatutarium in ſe validum, quoties cum aliis Legibus concurrit, his ſemper anteponendum eſſe. Quae regula noſtro in ſtatuto eo eſt fortior et verior, quo magis illud publica principis auctoritate eſt confirmatum, ac praeterea, quod praecipue obſerues, hoc caſu, intuitu anni noſtri ſatis clarum atque perſpectum. Quid enim communiter ſit annus, id credo, neminem, qui faſtos vulgares tantum inſpexit, fugere poteſt. Quod vero Luſati ab hac omnium communi temporis computatione vel receſſerint, vel vt recedant obſtricti ſint, illud me nondum ex Lege quadam aut alio firmo argumento fateor cognouiſſe. Meo itaque iudicio annus ille, cuius Lex noſtra meminit, nec ex iure Saxonico, nec ciuili ſimpliciter erit explicandus, ſed naturalis maxime et vulgaris intelligendus.

§. VII.

Explicatio vocis ſeßhafft.

Occurrit etiam vox ſeßhafft in Lege noſtra, doferne ſich ein ſolcher weder uff dem Lande noch in Städten ſeßhafft gemacht, eo dignior, quae explicetur, quo ſaepius iſtud vocabulum, diſceptationibus in foro grauiſſimis, iam praebuit et adhuc praebet anſam. Eius igitur genuinum ſenſum

ſum demonſtraturus, quicquid ad eam rem pertinere videtur, tanto diligentius perueſtigabo. Deſcendit vox illa ſine dubio, a voce Germanica Sitz ſedes, a ſitzen, quatenus haec ſignificat poſſidere, ſenſu a habitando ad poſſidendum prolato, [a]) et antiquo verbo hafft, quatenus poſſeſſionem, vel in ſenſu grammatico vſucapionem, ſignificat, ab haben, et quoties illo in compoſito vtuntur, eam rem, cui annectitur, habentem denotat. Hinc ſicut olim ſloßhafft concluſus, peſſulo vel ſero munitus, et idiomate hodierno nahrhafft, vim nutriendi habens dicitur; [b]) ita quoque ſeßhafft, ſedem ſeu fundum forte habens, eoue vtendi fruendi cauſa poſſidens, ſimili ratione nuncupatur. Eundemque ſignificatum Germani, ſeculo decimo quarto, retinuerunt; dicitur enim in *Bello et Foedere*, quod vocabant, Herliſhemenſi: [c]) Alſo were es, das Jeman wer der were, es

[a]) vid. Cl. WACHTERI Gloſſar. Germanic. ſub voce ſitzen vbi inprimis obſeruat, hoc verbum, quamuis ab vſu et conſuetudine abductum, tamen in compoſitis et deriuatis vigere. ALEMAMNI recentiores inde habent Anſaß, et Anſidel, praedium auiaticum Spec. Sueuic. cap. 139. nos beſitzen poſſidere, beſeßen occupatus, poſſeſſus, Beſitz poſſeſſio, anſäßig qui poſſeſſiones habet.

[b]) IDEM cit. Gloſſar. ſub voc. haft, et in Prolegom. Sect. VI. ſub voce haft.

[c]) in WENCKERI Collectan. Iur. Publ. Diſquiſit. de Vſsburgeris p. 128. n. 2. rubr. die Bunds Verwandten vereinbahren ſich ferner wieder Herrn Johann Erben und Werlin von Hadtſtatt, daß nemlich alle dieſelbige, ſampt Weib Kind und Geſind, ſo ihnen wieder ſie verholffen ſeyn würden, aus den Städten, darinn ſie ſeßhafft, auf zehen gantzer Jahr bandiſiret und verwieſen ſeyn ſollen anno 1373. Exaltationis Crucis.

es were Edel oder Unedel, der in vorgenannten unsern Stetten wonet, oder seßhafft were, oder darin gehorte, sich von uns zuge oder mahte. Quo loco vocabulum seßhafft, a vocabulo wohnen, et dahin gehören, probe secernitur, illique qui seßhafft sunt, tanquam possessionati reliquis, qui tantum in vrbibus habitant, aut illuc pertinent, opponuntur, omnesque ita distincte, ne quis vnquam exclusus videri possit, exprimuntur. Nec in alio sensu dictam vocem accipit ERTELIVS,[d]) quando de iure Bauariae ita disserit: Dannenhero ist dem Herrn nach Bayerischen Land-Recht zugelassen, seinen Leibeigenen, der unter eines andern Iurisdiction seßhafft, oder sonst ein Grund oder Vogt Unterthan ist, zu Anbauung eines Guths zu auociren; statuit enim, hominem proprium, etsi sub aliena iurisdictione fundum possidere coeperit, a vinculo, quo domino suo tenetur, propterea tamen non liberari: quod vero talem hic subintelligat, qui fundi possessionem est nactus, adeoque vocem seßhafft de acquisita possessione interpretetur, inde clarum est, quod de homine proprio alibi tantum commorante, ne quidem est cur quaeratur, num reuocari a domino queat? Ex his igitur credo constabit, quid seßhafft ex idiomate Germanico significet, fundi nimirum possessionem habentem, der würcklich angeseßen oder ansäßig ist, nec ita habitantem tantum aut commorantem. [e]) Videamus autem, an eadem signifi-

[d]) in Praxi Aurea cap. XXI. obs. I.

[e]) Eius diuersitas quoque agnoscitur in dem Amts-Patent wegen der Unterthanen und des Dienst Gesindes im Marggrafthum Ober-

ſignificatio Ordinationi Subditorum, ac potiſſimum Legi noſtrae perinde conueniat? et nihil video, vnde a natiua iſta ſignificatione receſſum fuiſſe, colligatur. Eo tamen vim huius vocabuli extendi nolim, quaſi manumiſſum, de quo hic ſermo eſt, obſtringat, vt propria pecunia fundum ſibi emat, quoniam haud raro accidit, vt quis in proprietatem et ſubiectionem recipiatur, eidemque velut in compenſationem aliquod praedium detur, vnde ſe alat, et ſeruitia impoſita praeſtet. Satis ergo erit Legi factum, ſi ſubditus manumiſſus intra annum, vel ſola ſubiectione, vel dato pretio, ſibi acquiſiuerit fundum. Ipſa quidem Ordinatio Subditorum alio loco, aliam eiusdem vocis explicationem, innuere videtur, cum dicatur:[f]) Jedoch ſollen ſolche Unterthanen dieſertwegen ſich nicht uff ledigen Sattel legen, ſondern unter andere Herrſchafft im Lande ꝛc. wiederum zu ſetzen und unterthänig zu machen, oder auch in und bey den Städten ſich niederzulaßen pflichtig ſeyn, item:[g]) Im Gegenfall aber, do er den Ackerbau verlaßen, uff ledigen Sattel liegen, und ſich weder uff dem Lande, noch in Städten des Feldbaues oder andrer Hand Arbeit befleißigen, auch dadurch der allgemeinen Landes Beſchwer und Mitleydung entbrechen wollte. Quibus verbis pariter ac Lege noſtra praecipitur, ne manumiſſi libertate adepta male vtantur, ſed vt alibi ſe ſubiiciant,

Ober-Lauſitz de 6. Ianuar. 1649. in Corp. Iur. Luſ. Super. p. 431. §. Wann dann ꝛc. verbis: daß ſich ein jeder Unterthaner er habe ſich gleich anderswo ſeßhafft gemacht und nieder, oder aber an fremden Orten in Dienſt eingelaſſen ꝛc.

f) Art. 4. n. 2. g) Ibid. n. 6.

ciant, ſuosque labores denuo in publicam vtilitatem impendant. Cum autem in verbis adductis tantum, aut **ſich wiederum zu ſetzen und unterthänig zu machen**, aut **in und bey den Städten ſich niederzulaßen**, item **des Feld-Baues oder andrer Hand-Arbeit zu befleißigen**, obſtringantur; videtur ſane Legis noſtrae vox, ſeßhafft, etiam aliud nihil indicare, quam quod manumiſſus, aut ſub nouo domino alium fundum ſibi quaerere, ſeque ſubiicere, aut ſine actuali poſſeſſione, domicilium ſibi conſtituere teneatur. At enim vero, quod inde genuina, vocis ſeßhafft, ſignificatio peti non poſſit, tum verborum, tum rationis diuerſitas oſtendit. Etenim idem hoc vocabulum in adductis duobus textibus plane non reperitur, adeoque ex his illud apte ſatis interpretari nemo poteſt. Diuerſam quoque dictorum textuum ac Legis noſtrae rationem deprehendo; nam illi qui de tacita voluntaria manumiſſione agunt, propterea manumisſi arbitrio relinquunt, ſich auf dem Lande unter andere Herrſchafft wiederum zu ſetzen und unterthänig zu machen, oder in und bey den Städten ſich niederzulaßen, quia his caſibus non tam priori domino ius reuocandi, quam potius, vt iam memini, [h]) cuilibet magiſtratui ius compellendi, quo manumiſſus a vita otioſa deſiſtat, competit: haec autem, quae manumisſionem voluntariam expreſſam ſupponit, domino manumittenti ſub manifeſta conditione, eaque vnica, vt manumiſſus fiat ſeßhafft, tribuit reuocationem, adeoque ius domino quaeſitum ex arbitrio ſubditi manu-

 miſſi,

[h]) h. diſſ. Sect. II. §. 4.

missi, non potest minui aut explicari. Vox itaque seßhafft, tam ex idiomate linguae, quam ex mente Legis, ita solum erit capienda, vt praedii cuiusdam possessionem, vel in rure vel in vrbe denotet acquisitam. Quid? quod mores testentur, eandem significationem in foro approbari. Cum enim seculo superiori, subditus manumissus Christoph Urban, Loebauiam se contulerit, ibidemque intra annum quidem ius ciuitatis impetrauerit, attamen praedii cuiusdam possessionem haud nactus fuerit, prior Dominus Fridericus Ferdinandus a Gersdorff, dynasta in Kotitz, eum reuocare intendit, cuius ad instantiam, contra Senatum Loebauiensem in Suprema Lusatiae Superioris Praefectura, bey dem Churfürstl. Sächßl. Ober-Amte, die XIII. Ianuarii anno MDCLXXVII. ita fuit pronunciatum: Daß Beklagter Rath ihres Einwendens ungeachtet, den libellirten Unterthan Christoph Urban, weil sich derselbe nach erlangten Loßbriefe, binnen Jahres Frist weder aufm Lande, noch in Städten seßhafft gemacht, worzu er doch vermöge der Unterthanen Ordnung gehalten gewesen, Klägern abfolgen zu laßen schuldig und verbunden.

§. VIII.

Conditio in affrancamento non expressa, vt fiat seßhafft, *subintelligenda est.*

Ponamus autem, affrancamentum ita datum, vt conditio, vt fiat seßhafft, in eo haud sit expressa, sed verbis libertas plenissima pure ac indistincte donata, sicut quandoque fieri solet: Alß gebe ich obgesagten George Rennern Krafft dieses von derjenigen Dienstbarkeit, womit er mir zeithero unterthänig und zugethan gewesen, quitt ledig und los, dergestallt, daß er sich nunmehro nach seinen Gefallen hinwenden

wenden und niederlaßen möge, wo er wolle, und soll er daran weder von mir noch iemand andern weiter gehindert werden: [a]) non immerito quaeritur, num omissa illa conditio nihilominus tanquam adiecta debeat censeri? Potest videri, quod dictae clausulae omisſio prosit manumisso, eique integrum relinquat, quo se conuertat, velitque nancisci posſessionem nec ne, praecipue si litteris expressum sit, daß er sich nach seinem Gefallen nunmehro hinwenden und niederlaßen möge wo er wolle. Verum quia publice iam est cautum, affrancamenta tantum per annum valere, eoque praeterlapso manumissum, nisi hic interea quaesierit possessionem, a domino priori reuocari posse, subditis hac ratione publice quoque iniunctum est, vt si libertatem adepti fuerint, intra proximum annale tempus fundum aliquem posſidere incipiant. Quicquid autem publica Lege praeceptum est, et omnibus, qui ea Lege obstringuntur, innotescere debet, id vt ab aliis denuo repetatur, ac iis, qui normam inde potisſimum accipiunt, nouo quodam ardore inculcetur, nullibi exigitur, foretque si exigeretur, plane superfluum. Hinc laudari quidem potest, si dominus manumittens, conditione illa legali litteris expressa, manumittendo officii sui recordationem iniiciat, quod et moribus vsu seruari supra testatus sum, ast si hoc omissum sit, dominus certe nihil, quam quod omittere poterat, quod-

[a]) Sunt verba affrancamenti, quod Dominus LVDOVICVS GEBHARD L. B. ab HOYM Dynasta quondam in Droyssig Ruhland, Guteborn etc. die XXII. Aprilis anno MDCCII. exhibuit.

ue ſine ſingulariter facta mentione, validum et efficax manet, omiſit. Quemadmodum igitur haec omisſio, homini proprio, nunc libero, non prodeſt, ita eadem domino haud nocet. An itaque dominus forte iuri ſuo reuocationis renunciaſſe cenſendus eſt? nequaquam, cum nihil adſit, ex quo renunciandi animus pateat. Ego potius, etſi expreſſe dominus dixerit: daß er ſich nunmehro nach ſeinen Gefallen hinwenden und niederlaßen möge, wo er wolle, tamen illi omne ius, quod immediate ex Lege oritur ac determinatur, adhuc ſaluum tribuendum eſſe arbitror, quoniam ſemper id, quod non remiſſum, communi omnium ſuffragio, integrum atque illibatum putatur conſeruatum. Cum autem ex modo commemoratis verbis non appareat, quod a Legis diſpoſitione dominus receſſerit, affrancamentum, iſta clauſula inſtructum, non poteſt non optimam a Lege habere interpretationem.

§. IX.

Manumiſſus, cui ab alio Domino praedium promiſſum, attamen nondum traditum eſt, ſeßhafft dici poteſt.

Dum haec meditor, alia et noua incidit quaeſtio, an manumiſſus, cui a nouo quodam domino praedium aliquod promiſſum, ſed nondum traditum eſt, ſeßhafft factus, id eſt, poſſeſſionem nactus dici poſſit? Cum ea de re multum quoque in foro disceptetur, operae pretium me facturum exiſtimo, ſi huius rei principia paucis expoſuerim. Facilis quidem totius quaeſtionis deciſio petenda videtur ex peruulgata Iuris Germanici paroemia: die Lufft macht Leibeigen, qua locis quibusdam, liberi homines ad habitandum illuc venientes, ipſo facto fiunt proprii;

prii; [a]) aſt vereor vt inde in Luſatia Superiori noſtroque caſu firmi quicquam eliciatur, quoniam Ordinatio Subditorum aperte deſiderat, vt ſubditus fiat ſeßhafft, hanc autem vocem, a voce wohnhafft, valde diuerſam eſſe, ſupra ſumus edocti. Nec enim ſufficere quidem in his terris, ſi quis aliquo loco degat, pro mercede diurna laboret, aut ſocro forte operas praeſtet, ex informatoria ſententia einem Ober-Amts Gutachten intelligimus, cuius tenor talis eſt: Meine freundliche Dienſte zuvor, Ehrenveſter guter Freund. Wasmaßen ein Unterthaner zu Lichtenfeld Nahmens Georgius, bey seiner Herrſchafft Iulio, vor einigen Jahren ſich los gemacht, und ſich zwar unter Philippum, Erb und Gerichts-Herrn zu Breitenwalde gewendet, daſelbſt auch des Richters Tochter geheyrathet, und ſeinen Schwäher Vater arbeiten helffen, oder ſonſt der Tag und Hand Arbeit nachgegangen, dieſer Herrſchafft aber nicht gehuldiget, weniger ſie als Herrſchafft recognoſciret, am wenigſten bey derſelben durch Vertrag oder auf andere Art ſich unterthänig gemacht, wie er denn auch, weil ſein Schwäher Vater Söhne hat, ſich auf deßen Nahrung keine Rechnung machen kann, dieſemnach ihr ein Ober-Amts Guthachten: ob nicht der vorige Gerichts Herr Iulius, dieſen Unterthan Georgium, wiederum von Breitenwalde ab und zurück nach Lichtenfeld reuociren könne, und Philippus der Beſitzer des Guthes Breitenwalde, denſelben nach Lichtenfeld abfolgen zulaßen verbunden ſey, geziehmend angeſuchet; Solches

[a]) vid. laudati BOEHMERI Diſſ. de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae etc. Sect. III. §. 3. n. 5. ibique cit. HERTIVS Paroem. Iur. Lib. IV. paroem. 12. p. 608.

Solches habe aus eurem Amtsgehorsamen Implorat mit mehrern ersehen. Allermaßen nun eurem Anführen nach, Georgius sich in Breitenwalde würcklich seßhafft zu machen, und daselbst oder anderwerts, nach Erheischung der Ober-Lausitzischen Unterthanen Ordnung art: 5. in verbis. Und weilen zum öfftern 5tens diejenigen ꝛc. sich unterthänig zu machen unterlaßen: in solchen Fällen aber dergleichen Unterthanen von voriger Herrschafft wieder gefordert werden können, wie die Unterthanen Ordnung, an nur angezogenen Orte, klährlich besaget; Alß ist im Nahmen Ihro Königl. Majestät in Pohlen und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen, meines allergnädigsten Herrns, tragenden Amts halber hiermit mein Gutachten und Weisung, daß gestallten Sachen nach und wenn es sich angebrachter maaßen verhält, der Gerichts Herr Iulius zu Lichtenfeld, Georgium, von Breitenwalde hinwiederum auf sein Gut zu fordern wohlbefugt, auch der Besitzer des Guthes Breitenwalde denselben nach Lichtenfeld abfolgen zu laßen schuldig und gehalten sey. Wollte ich euch nicht verhalten und bin euch zu freundlicher Willfahrung wohlgeneigt. Geben auf dem Chur Fürstl. Sächßl. Schloße zu Budißin am 6. Iulii anno 1725.

Gottlob Christian Vitzthumb von Eckstädt,
auf Jahmen, Königl. Pohl. und Churfürstl. Sächß. bestallter Ober-Amts-Hauptmann im Marggrafthum Ober-Lausitz, auch Cammerherr und Rath

(L. S.)

Dem Ehrenvesten
Johann Friedrich Geißlern, Not. Publ.
meinem guten Freunde

Sed

Sed non deficiunt aliae rationes, quibus ductus quaestionem initio propositam potero affirmare. Primum enim Ordinatio Subditorum, aliquem per conuentionem alicui se dedere et subiicere, permittit: [b]) Wenn auch 2. ein loßgelaßener Unterthaner sich durch gewißen Vertrag, oder sonsten, bey einer andern Herrschafft ꝛc. anderweit unterthänig und dienstpflichtig machet; so soll derselbe, uffn Fall er sich ohne Loßbriefe andrer Ort begebe, nichts minder als die Eingebohrne, der Abforderung samt seinen Kindern, unterworffen seyn. Deinde ipsa Lege nostra sancitur: [c]) und weiln diejenigen so Loßbriefe erlanget, sich nicht andrer Orten unterthänig machen wollen, quae verba rationem totius Legis manifestam sistunt. Iam vero subditus, cui fundus tantum promissus est, domino promittenti denuo per conuentionem durch einen Vertrag se subiecit, atque sic voluntatem se subiiciendi satis non modo declarauit, sed quod ad ipsum, vere impleuit. Cui accedit, quod eiusmodi subditus, intuitu fundi consequendi, ius quaesitum in dominum habeat ex celebrata conuentione, ac inde illum studio tergiuersantem, aut promissionem implere denegantem, iudicis auctoritate compellere queat, adeoque officio suo pariter ac Legi, satis omnino fecisse dicendus praedioque addictus sit. Valebit itaque procul dubio hic principium illud naturale quod habet ICtus PAVLVS: [d]) *is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.* Ceterum ad id, vt quis sit

[b]) art. 2. n. 2. [c]) art. 5. n. 5.

[d]) in L. 15. ff. d. R. I.

ſit ſeßhafft, nullibi expreſſim requiritur, vt rei poſſidendae traditio vere ſecuta ſit; quare dubii tanto minus remanet, cur ille, qui fide data ſe ſubdidit, praediumque promiſſum accepit, ſeßhafft factus non ſit habendus. Quae principia controuerſiam, haud ita pridem inter Dominum C. S. v. G. et Dominum F. v. G. exortam, quorum hic ſubdito a ſe recepto, ab illo quondam manumiſſo, fundum promiſerat, meo quidem iudicio egregie dirimere ac reuocationem intentam impedire poterant.

§. X,

Ratio Legis inueſtigatur.

Quod omnes iurisperiti confirmant, animam Legis conſiſtere in illius ratione, ac interpretationem quamlibet tunc demum congruam eſſe, iuſtamque praecepti vim et poteſtatem toties exhiberi, quoties interpres cauſam, cur aliquid ſit ſtatutum, rite perſpexit, id omne nec hoc loco vllam patitur exceptionem. Noſtra potius magnopere intereſt, mentem Legis, quam explicandam ſuſcepimus, penitus inueſtigatam reddi, vt eo maior inde vtilitas in ipſas cauſas, quae ventilantur in foro, redundet. Hinc ratio Legis noſtrae eſt eruenda, quam ego, quoad fieri poteſt, hactenus dictis nunc addam. Rectiſſimam hanc eſſe affirmo, *ne quis temere* ac in *perniciem tum agrorum, tum publicae ſecuritatis, quaerat et impetret libertatem.* Nam ipſa Lex ait: Und weiln zum öfftern dieienigen, ſo Loßbriefe erlanget, ſich nicht andrer Orten unterthänig machen wollen, ſondern ſolche zu muthwilliger Freyheit gebrauchen; Als ſollen die Loßbriefe ꝛc. hisque verbis luculenter ſatis indicat, neminem ſubditorum ideo liberum fieri debere, vt agriculturam

deſerat

deſerat, et otio deditus reique publicae moleſtus, ac delictis forte ſenſim aſſuetus vagetur, tum vero, ſi ſecus fecerit, eundem a domino priori iubet reuocari. Vt igitur id quod Lex vetat, ne ſcilicet ita temere quis liber fiat, ſtricte obſeruetur, exigitur, vt manumiſſus intra annum alibi non ſolum habitet aut commoretur, ſed ſub metu reuocationis fundum ſibi acquirat. Ad haec eadem Legis noſtrae ratio cognoſcitur ex contextu legali, quandoquidem totus articulus quintus, cui noſter textus eſt inſertus, de fugitiuis et vagabundis von flüchtigen Unterhanen agit, iisque manumiſſos accenſet, adeoque, cum hoc de omnibus nec dici queat nec debeat, tales omnino intelligit, qui temere ac in perniciem agrorum publicaeque ſecuritatis, libertatem adipiſcuntur; vnde merito colligitur, rationem a nobis adductam illam eſſe, ob quam libertas in Lege reſtricta, dominisque ius reuocandi conceſſum eſt. Denique, cum Ordinatio Subditorum [a]) aequitati conſentaneum cenſuerit, ne ſubditus libertatem, ſuae ſalutis alibi promouendae cauſa, ſubmiſſe petens, impediretur, aut perperam retineretur, ſed vt libenter dimitteretur: experientia vero teſte, eiusmodi manumiſſi ſua libertate admodum abuſi fuerint; factum inde eſt, vt libertas impetrata reſtringeretur, dominoque facultas reuocandi ſalua maneret, ne temeritati ſubditorum praemium tribueretur, dominus autem deciperetur, et agricolis priuaretur, tandemque reſpublica haud exiguum inde caperet detrimentum.

[a]) Art. 4. n. 1.

mentum. Quibus ita comparatis, ratio Legis noſtrae laudata, rurſus egregie firmatur, quoniam ita optime non tantum ſubditis meliorem fortunam quaerentibus ſubuenitur, ſed et procacitas eorum coercetur, ſimulque ſaluti publicae conſulitur. Perſpecta igitur Legis ratione facillime videmus, quo tota Lex ſpectet, quosque manumiſſos inprimis in ſe complectatur. Cum nimirum ratio Legis deſideret, vt quis fugitiuo ſimilis, temere animoque diuagandi, impetrarit libertatem, illi tantum, qui eam proprio inſtinctu, et falſis forte rationibus dominum commouentes quaeſiuerunt, ſub Lege noſtra continebuntur. Contra qui vel beneficio iuris, vel praeter proprium deſiderium, ſolo domini facto et motu, ſiue expreſſe ſiue tacite, liberi facti ſunt, idcirco huc nequeunt pertinere, quia dimiſſionem haud petentes, libertate abutendi intentionem habere non praeſumuntur. Hi ergo quibus nihil poteſt imputari, quamuis intra annum, nouam non inuenerint poſſeſſionem, tamen, quia fugitiuis non reputantur ſimiles, a domino priori non poterunt reuocari, ſed minimum, ſi poſtea mores mutauerint, et vagabundorum exempla ſequi coeperint, compellentur, vt nouum et firmum domicilium ſibi conſtituant, quippe quod omnibus eiusmodi manumiſſis generale Luſatiae ſtatutum iniungit. Deinde eadem ratione Legis edocemur, ne omnes quidem ad proprias preces manumiſſos, hic ſubintelligi poſſe, quoniam is, qui ipſe quaerit et impetrat libertatem, temere illam conſecutus non ſtatim putandus eſt. Ponamus hominem proprium agros colendi facultate deſtitutum, opificium tamen callentem

aut

aut alia arte nobiliori imbutum, qualis plurium quandoque, domino haud ignorante, conditio esse solet; quo quaesumus pacto eiusmodi manumissum, temere ac in praeiudicium agriculturae, aut in publicae salutis onus, libertatem iudicabimus impetrasse? Illi ergo tantum, qui agris destinati eorumque culturae assueti, ad suas preces a domino dimissi sunt, nisi possessionem intra annum acquisiuerint, secundum Legem nostram in seruitutem sunt reuocandi, ne agricolarum tandem penuria exoriatur, multique otiosi agros deserentes, nunc vagantes et alio victu carentes, primam quamcunque delinquendi arripiant occasionem. Qui vero ab ineunte aetate, agricultura neglecta, alii vitae generi innutriti sunt, veluti oeconomiae administratores, Verwalter, Schösser, ii agris colendis in se nihil prosunt, et absentes nihil nocent, sed extra glebam, multo feliciori successu, et propriam et communem promouent salutem; quare si libertate donati sunt, quamuis intra annum noua possessione non potiantur, tamen ob cessantem Legis rationem, a quondam domino non reuocantur.

§. XI.

Summa Legis eiusdemque casus et huius requisita essentialia exponuntur.

Vt paucis plura complectar, colligam omnia, quae hactenus ad Legem nostram fusius dixi, et vna breui exponam. Summa videlicet saepe laudatae Legis haec est: homines proprii Lusatiae Superioris, agris destinati seu agricolae, quoties a domino libertatem petentes, litteras eo nomine dimissionis accipiunt, vereque dimittuntur, alibi in hoc Marchionatu, nouam intra annum statim sedem et possessionem, sibi acquirere, aut si secus fecerint, pati tenentur,

tur, vt a domino manumittente in priſtinam ſeruitutem re-uocentur. Caſus qui hanc Legem illuſtrat, ita optime animo concipi poteſt. VRBAN ſubditus et agricola, a domino ſuo A GOLDSTERN, libertatem et affrancamentum ſubmiſſe petit, eo quidem conſilio verbis forte declarato, vt meliorem alio in loco fortunam nouamque ſedem quaerere ſibi liceat. Dominus rationibus a ſubdito allegatis commotus, et ne nouae ſaluti quaerendae ſit impedimento, eum dimittit, attamen ſub conditione, quam Lex iniungit, vt poſſesſionem ſibi acquirere haud omittat. Manumiſſus e contrario annum praeſcriptum fruſtra praeterlabi patitur, nec poſſeſſione vlla potitur. Quorum dominus certior factus, eiusmodi ſubditum ante dimiſſum, nunc fugitiuo ſimilem, vt redeat vnde liberatus erat, in ſeruitutem, compellit. Ita plene, vt arbitror, mentem Legis noſtrae perſpicies. Ne vero quicquam deeſſe videatur, his adhuc addam ea, quae huius ſingularis iuris exercitium in effectu requirit. Neceſſe eſt, *1. vt manumiſſio ſit rite et iure facta*; [a]) quod ſi enim vel in forma peccatum fuerit, vel in perſona manumittentis reperiatur defectus, totum manumiſſionis negotium non poteſt non eſſe nullum. Fingamus itaque ſubditum, cui ſpes tantum libertatis conſequendae data erat, abiiſſe, aut dominum adhuc minorem ſolum pro arbitrio ſuo aliquem manumiſiſſe, litterasque dimiſſorias dediſſe, libertas neutro caſu cenſebitur impetrata, quoniam negotium ex quo illa proficiſci debebat, ſuo ne quidem

[a]) cuius forma iam ſupra eſt explicata h. diſſ. Sect. II. §. 4.

dem valore constabat perfecto, sed imperfectum iureque nullum remansit. Quidquid vero nullum est, nullos producit effectus; hinc manumissio imperfecta, seu potius iure nulla, nec speciem libertatis operari potest. Quicunque libertatem nondum est consecutus, is nullo non tempore, ob durantem suam seruilem conditionem, domino debet obsequium, huiusque reuocationi semper est adstrictus. Vnde igitur eiusmodi homo proprius in seruitute retentus habebit facultatem, qua nouum sibi domicilium constituat, nouamque sedem acquirat, ac in se ipsum ita domino inuito ius auferat quaesitum? Potest sane huiusmodi seruus a domino semper vindicari, ita vt nec praescriptio prosit fugienti; b) quare nonnisi valida et perfecta manumissio, ius reuocandi manumissum, domino demum tribuet post annum. Exigitur 2. *vt manumissus intra annum noui cuiusdam fundi possessionem non acquisiuerit*; hoc enim in Lege nostra claris verbis reperitur expressum, adeoque separata quadam vix indiget probatione. An vero in terris tantum Lusatiae Superioris manumissus sedem nouam quaerere teneatur? merito indagandum est. Videtur omnino Ordinatio Subditorum, hoc loco propriam regionem tantum respicere, quando disponit: Doferne sich ein solcher weder uff dem Lande noch in Städten seßhafft gemacht, quia propriae non alienae saluti prospicere, neque peregrinis Legem dicere voluisse, verosimillimum est. Cumque alio casu, quo ius reuocandi ne quidem conceditur, subditi

b) Unterth. Ordn. art. 2. n. 6.

diti manumiſſi in hoc Marchionatu ſedem fixam recuperare iubeantur, [c]) unter andre Herrſchafft im Lande ſich wiederum unterthänig zu machen, oder auch in und bey den Städten dieſes Marggrafthums ſich niederzulaßen; veritati tanto magis eſt conueniens, nec noſtro caſu manumiſſis, extra Marchionatum ſe conferendi, relictam eſſe facultatem: Ad haec opus eſt *3. vt reuocans fundum aut alia vitae ſubſidia reuocando ſuppeditet*, id enim Leges Luſatiae in vniuerſum volunt, vt hominibus propriis media exhibeantur neceſſaria, vnde ſe alant: [d]) quinimo iuris naturalis principia dictitant, ſeruientes ius habere a domino exigendi alimenta, ſiquidem ſeruire nequit, qui non habet, quo ipſum ſe conſeruet. Eapropter in foro, domini reuocantes plerumque libello, aut iudicis implorationi, haec inſerunt verba: auch ich ernannten meinen Unterthanen hinlängliche Lebens-Mittel zu verſchaffen, oder eine Nahrung zu geben mich hierdurch erklähre. Quodſi itaque dominus reuocans poſtea ſubditum reuocatum ſuſtentare nolit, aut non poſſit, quin denuo iure ſuo priuetur, non eſt dubitandum. Tandem quoque requiritur *4. ne dominus iuri ſuo* reuocandi, in ſpecie renunciauerit; ius enim, quod quis habet, contemnere, ab eoque recedere, Leges Luſaticae nullibi vetant, adeoque nec iuris reuocandi manumiſſum, renunciationem vetuiſſe, videri poſſunt. Quae vero contraria ex parte huic renunciationi ſolent opponi, ea latius infra perſcrutabor.

§. XII.

[c]) Ibid. art. 4. n. 2.

[d]) vid. Unterth. Ordn. art. 2. n. 6. jedoch, daß ihnen, doferne ſie ſelbſt nicht das Vermögen hätten ꝛc. it. art. 4. n. 6. in f.

§. XII.

Ille tantum hoc iure reuocandi gaudet, qui veram in reuocandum habet proprietatem.

Poſtquam caſus euenit, vt ſubditus manumiſſus, ob neglectam nouae poſſeſſionis acquiſitionem, reuocari poſſit, quisnam praecipue hoc iure gaudeat, non venit ſine ratione diſcutiendum. In Lege quidem dicitur: von ſeiner vorigen Herrſchafft wieder gefordert werden; quis autem prior ille dominus hic intelligatur, nondum ſatis eſt exploratum. An ipſe manumittens? an eius heredes, et omnes vna, aut quidam eorum, ac in his natu maior an minor? An forte praeſens praedii illius, vnde ſubditus eſt dimiſſus, poſſeſſor qualiscunque ille ſit? Omnes hos quodammodo, ſub vocabulo Herrſchafft, intelligi poſſe, nemini eſt obſcurum. Sed conſideremus principia, quae huiusmodi ambiguitati inſeruiunt, tollendae. Praecipuum eſt, quod ille tantum ius reuocandi exercere queat, qui veram in reuocandum habet proprietatem; vtpote quod ex indole actionis, eo nomine competentis, facile probatur. Niſi enim vera proprietas omnis reuocationis fundamentum foret, facultas certe manumiſſum reuocandi ſibique ſubiiciendi, vnicuique competeret, nec vnquam prior dominus iure ſuo vtens praecipue audiretur, quod tamen, quam a vero ſit alienum, et moribus Luſatiae diu approbatis contrarietur, rerum Luſaticarum pauliſper gnarus non ignorat. Quid? quod reuocatio illa, aduerſus quemcunque tertium etiam poſſeſſorem competat; quare, cum nullum ius eundem, homines proprios vindicandi vel repetendi, tribuat effectum, ſola proprietas tanquam vnica cauſa ſupererit principalis. Iam vero ex Legibus conſtat, neminem niſi do-

minum praedii, cui subditi vel natiuitate, vel alio legitimo modo, addicti sunt, proprietatem habere, quia disponitur: [a]) Weilen sie wegen deren Dienste, die sie denen Güthern, uff welchen sie gebohren, oder sich sonsten dahin seßhafft gemacht, zu leisten schuldig, vor ein zugehörig Stück derselben zu achten. Item: [b]) Immaßen auch die Unterthanen, samt allen ihren Kindern demjenigen unterthänig seynd, welchem sie von ihrer vorigen Herrschafft mit Grund und Boden verkaufft werden, bevoraus wann der Kauf auf alle Zugehörung geschloßen worden, und sollen demselben folgen, nicht alleine die zur Zeit des Vertrags vorhandenen, sondern auch die Abwesenden, so sich unter andrer Herrschafft uffhalten, weiln sie zu dem verkaufften Guthe gehören, auser Grund und Boden aber kan und soll ein Unterthaner wieder seinen Willen weder verkauffet, noch vertauschet oder verschencket werden. Hinc neque dominus ipse manumittens, nec eius heredes qua tales, aut alius quiuis, nisi quatenus praedium illud, vnde quis erat manumissus, possideant, manumissum eundem cum effectu poterunt reuocare, Neque paucis abhinc annis, ob eandem plane rationem, subditi non manumissi vindicatio, tanquam nostrae reuocationis aequalis, nisi ea sit fortior, fuit concessa. Cum enim Dominus a G. in testamento suo, subditum suum M. S. qui natus erat in praedio S. ab hoc in aliud praedium H. transtulerit, illud autem praedium S. post alii venditum fuerit, et subditi nominati duo filii, sine affrancamento impetrato, aliorsum se contulerint;

[a]) Ibid. art. 1. [b]) Ibid. art. 2. n. 3.

lerint; factum eſt, vt dicti teſtatoris filius, Dominus I. C. v. G. iam praedii H. poſſeſſor, duos illos hominis proprii liberos, I. C. et C. fratres S. quos praedio H. ex paterna vltima voluntate adſcriptos reputabat, vindicare intenderet. Quia tamen iudex in relatione ad Potentiſſimum adduxerat, neminem ſubditorum ſine praedio alioſum transferri poſſe, ſed quemlibet illi loco, cui ſemel addictus, ſemper manere addictum, adeoque homines illos I. C. et C. fratres S. non tam a domino I. E. v. G. quam forte a praeſente praedii S. poſſeſſore, reuocandos eſſe, Sereniſſimus hunc in modum reſcripſit: Von Gottes Gnaden **Friedrich Auguſt**, König in Pohlen, Herzog zu Sachßen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen, Churfürſt ꝛc. Hoch und Wohlgebohrner Rath, lieber Getreuer. Uns iſt euer in Sachen, die von unſerm Cammer-Juncker und Ober-Forſtmeiſter J. E. v. G. geſuchte Verabfolgung J. C. und C. Gebrüdere derer S. als ſeiner angegebenen Erb-Unterthanen, ſub dato den 27. Aug. a. c. erſtatteter allerunterthänigſter Bericht, geziehmend vorgetragen worden, und Wir begehren darauf gnädigſt, ihr wollet den von G. daß er geſtallten Dingen nach, ermeldte Gebrüdere S. hierunter fernern Anſpruchs erlaßen ſolle, bedeuten. Daran geſchiehet Unſere Meynung, und wir ſind euch nebſt Remiſſion eines Faſciculi Actorum mit Gnaden gewogen. Geben zu Dreßden den 30. Decembr. Anno 1743.

An Herrn Ober-Amts-Hauptmann zu Budißin

Carl Auguſt G. von Rex
Ernſt Gotthelf Becker.

§. XIII.

An liberi a manumisso, ante annum procreati, simul reuocentur, peruestigatur.

Quidsi vero manumissus intra annum, post adeptam libertatem, liberos procreauit? possuntne hi liberi, casu eueniente, quo pater a domino reuocatur, vna vindicari? Equidem non diffiteor, ea de re in vtramque partem disceptari posse. Quod enim ius reuocandi liberos hoc casu domino non competat, exinde colligendum videtur, quod eiusmodi liberi post manumissionem a patre libero progeniti, adeoque sine dubio ingenui nati: liberi autem homines neque reuocationi, neque vindicationi vnquam sint obnoxii. Cui accedit, quod vindicatio ius proprietatis, tanquam vnicum fundamentum, in persona domini vindicantis praerequirat: hi vero partus recens nati, nondum sub domino aliquo extiterint, multo minus in proprietate fuerint, ac inde in eos ius vindicandi, neque priori patris domino, neque vlli alii competere videatur. At enim vero, quod et horum liberorum, a patre manumisso procreatorum, vindicatio priori domino patris concessa sit, plenissime sum probaturus. Legibus namque Lusatiae satis confectum est, quod liberi statum paternum sequantur, qua de re in Ordinatione Subditorum [a]) clare traditur: **Und ob zwar Rechtens und bey diesem Marggrafthum Herkommens, daß die Kinder des Vaters Zustand folgen.** Quicquid igitur iuris dominus habet in patrem, idem in huius liberos, vt ei tribuatur necesse est. Iam vero pater nondum indistincte consecutus erat libertatem, sed sub conditione, **doferne sich ein**

[a]) Art. 2. n. 1. verb. **Und ob zwar z. dieses ꝛc.**

ein solcher weder uff dem Lande noch in Städten seßhafft gemacht, post annum praeterfluxum, reuocari poterat in seruitutem; hinc seruilis eiusdem conditio tantum suspensa erat, libertas vero plena demum, ab enarrato euentu, dependebat. Quid ergo de liberis in hoc statu patris intermedio natis? Ex principiis allatis, tempore natiuitatis et intra annum, nec vera libertate gaudere, nec esse in seruitute queunt, quia statum paternum sequuntur, sed ex patris qualitate futura vnice diiudicandi sunt. Ponamus igitur patrem conditionem, quae ipsi incumbebat haud impleuisse, eoque effecisse, vt a pristino domino reuocaretur, num liberos illius, qui patrem sequuntur, melioris fore conditionis, iure quodam tibi persuadebis? Quibus perpensis facillimum est intellectu, quid valeant rationes, ob quas initio ius hosce liberos vindicandi, domino videbatur denegandum. Nullo videlicet pacto affirmari potest, liberos post manumissionem a patre libero progenitos, natos esse ingenuos, et sic ab omni proprietate alienos et exclusos; nam pater non, nisi sub conditione, hactenus liber erat, neque adeo liberos alius indolis, ac diuersi status procreabat, et dominus manumittens sub eadem conditione, tum in patrem, tum in eius liberos, proprietatis speciem retinebat. Et sicut alias statum non mutant, qui extra glebam, cui vere adscripti sunt, nascuntur; [b]) ita nec hoc loco nocere potest, quod quis extra veram seruitutem, a patre tamen

 haud

[b]) Ibid. art. 2. n. 1. verb. diejenigen so unter einer frembden Herrschafft gebohren ꝛc.

haud omni modo pleneque libero, ſit progenitus, quia obligatio perſonae tam arcte cohaerens, vbiuis locorum, ob ſui naturam, eadem adhuc cenſenda eſt. Infero ex his praeſtructis, quod non aliud de naſcituris iudicium ferendum ſit; vix enim ipſis plus iuris tribui poteſt, quam quod habeantur pro iam natis. Cum itaque, etſi nati eſſent, reuocari a domino potuiſſent, nunc eo facilius, dum tempore reuocationis adhuc in vtero deprehenduntur, tanquam pars ventris ad reuocantem pertinebunt. Neque dubito quin de iis qui in ſeruitute concepti erant, eadem ſententia ſit valitura; pro his enim nihil ſingulare eſt introductum, quare non tantum vna cum patre manumiſſi; [c]) ſed et patre reuocato, ſimul in ſeruitutem redacti exiſtimantur. Ceterum omnia quae dixi, ſolum de liberis, ex legitimo matrimonio prognatis, accipienda ſunt; de illegitimis enim Ordinatio Subditorum ſtatuit, quod partus ventrem ſequatur, his verbis: [d]) So hat es doch eine andre Gelegenheit mit denen unehlichen Kindern, dannenhero dieſelben ihrer Mutter Zuſtand folgen, und ſollen der Herrſchafft unterthänig ſeyn, deren ihre Mutter bey der Geburth mit Unterthänigkeit verwandt geweſen; doferne aber Zweifel vorfiele, welcher Herrſchafft die Vettel eigentlich unterthänig, ſo ſoll alsdann das Kind ſelbiger Herrſchafft unterthänig ſeyn, darunter gedachte Vettel deßelben geneſen. Ita ſi foemina quaedam libera, vel ſubdita

c) arg. der Unterth. Ordnung art. 4. n. 1. verb. Und wann derogeſtallt von der Herrſchafft ein Vater ꝛc.

d) art. 2. n. 1. verb. Und ob zwar 3. dieſes ꝛc.

ſubdita quidem, de cuius tamen domino non ſatis conſtat, ex manumiſſo grauida facta in vrbe pariat, partus nulli domino vt proprius ſit ſubiectus, ſed in pago editus praedii domino vtique acquiritur: ſin foemina, de cuius ſubiectione et ſeruitute non dubitatur, ex manumiſſo praegnans, vel in vrbe vel in pago enitatur, natus indiſtincte pertinet ad illum, cui ſubdita eſt mater.

§. XIV.

Vtrum reuocatus pretium, quod ante dederat pro libertate repetere queat, excutitur.

Facta reuocatione manumiſſus domino priori denuo ſubiicitur, totumque manumiſſionis negotium retractatur: anne autem id etiam efficiatur, vt reuocatus a domino, pretium pro libertate datum, repetere queat? Lege non adeo eſt expeditum. Cum tamen rationes quaedam faciant, vt dominus ad pretii accepti reſtitutionem, iure haud compellatur, illas, quae principaliter huc ſpectant, ſum allegaturus. Quodſi primum ipſam intuemur reuocationem, eam certe non tam ex domini facto exoriri, quam ex Lege proficiſci cernimus. Quicquid Lege expreſſum eſt, id vtique pro norma eſt accipiendum, donec aliud ſtatutum demonſtretur. Iam vero absque vllo onere domino ius reuocandi conceſſum intelligitur; quare, quod nec reuocato aliquid reddere, ſeu pretium reſtituere obſtrictus ſit, vix ac ne vix quidem vlli obſcurum videri poteſt. Nam ſi ea mens Legis fuiſſet, vt pretium, de quo loquimur, redderetur, illud adiici haud eſſet omiſſum, vt, quantum iuris dominus haberet, eo plenius perſpiceretur. Deinde ad libertatem, quam ſubditus conſecutus erat, quod attinet, eam vnice ſub hac conditione, vt intra annum fundi poſ-

ſeſſionem

ſeſſionem acquirat, aut in ſeruitutem retrahi patiatur, datam, et pro hac pretium a ſubdito ſolutum eſſe, conſtat. Nonne ſatis exinde patet, quod manumiſſus, dum his omnibus aſſenſit, ipſe in reuocationem ſimpliciter tacite conſenſerit, cum vel ita libertatem impetrare, vel remanere domino ſubiectus potuerit? Quo quaeſo iure idem nunc proprio facto poteſt contrauenire? Cum potius, fundi cuiusdam acquiſitione intra annum omiſſa, manifeſtum fecerit, ſe nolle dominum priorem deſerere, ſedemque alibi figere fixam, ſed velle reuerti in priſtinam ſeruitutem, et libertate ad breue tempus donata, contentum eſſe, nihil iuſtitiae pariter ac aequitati vnquam video conformius, quam id aeſtimare in aliquo iuſtum, quod idem iſte ſuo facto non iniuſtum putauit. Neque igitur habet, cur conqueratur, laedi ſe pretii iactura, quoniam exiguum hoc damnum volenti infertur, qui plenariam perpetuamque libertatem adipiſci, praeſcripto modo poterat. E contrario valde iniquum foret, ſi domino pretii reſtitutio imponeretur, cui nihil eſt imputandum, quiue facile acquieuiſſet, ſi manumiſſus conditioni legali, cui adſtrictum ſe ſciuit, ſatisfeciſſet, atque ita nunquam rediiſſet. Et ſicuti non raro contingit, vt per pactum ad tempus, res quaedam pro pretio acquiratur, ac tempore praeterlapſo, ſine pretii dati repetitione reſtituatur; ita nullam reperio diuerſitatem, ob quam non aeque idem hoc loco valere queat. Conſtanter itaque affirmo, neque manumiſſum reuocatum iure, pretium pro dimiſſionis litteris datum, repetendi gaudere, neque dominum reuocantem ad illius reſtitutionem teneri.

§. XV.

§. XV.

Vidimus huc vsque, qua ratione ſubditus manumiſſus a domino reuocari poterat, ex quo conſequitur, eum, qui ſine manumiſſione alio ſe contulit, ac inſcio domino aufugit, multo magis a domino vindicari poſſe. Id etiam ſaepe in Ordinatione Subditorum expreſſum eſt: [a]) Darneben aber ohne Vorbewuſt einer jedwedern Erb-Herrſchafft ſich an andere Orte zu begeben, in keinerley Wege frey ſtehen. Item: [b]) Alle und iede Unterthanen nun, ſo aus vorhergeſetzten Urſachen unterthänig worden, können von einer jedwedern Herrſchafft abgefordert werden. Item: [c]) So ſollen jedes Orts Herrſchafften bey Auſſatz einer hohen Straffe hinführo dergleichen Flüchtige, es ſeyn gleich Unterthanen oder Geſinde, weder vor ſich noch ihre untergebene Unterthanen zu hauſen noch zu herbergen, vielweniger eintzigen Unterſchleiff zu geben, ſondern vielmehr auf erfolgten Anſpruch dem rechtmäßigen Beſitzer, ohne eintzigen Behelff und Wiederrede, ſo balde derſelbe ſein gutes Befugniß, und daß er den Unterthanen oder das Geſinde in ſeinem Beſitz oder Gewähr gehabt, erweiſen thut, zu liefern ſchuldig ſeyn. Ita quilibet ſubditorum, quia pars praedii eſt, domini perſecutioni et vindicationi eſt, et manet obnoxius. Et quamuis proprio motu, dominoque inſcio, ſe militem conſcribi curaret; hoc tamen non impediet vindicationem, quia nec ipſe princeps, qui Ordinationem Subditorum confirmauit, vult, vt quisquam ſine praeſcitu domini diſcedat: nec ſubditus

Sicuti manumiſſus ita multo magis reuocatur, qui inſcio domino euaſit, etiamſi ſeßhafft factus ſit, vel vxorem duxerit vel alibi iuramentum ſubiectionis iurauerit.

[a]) Unterth. Ordn. art. 1. in f.

[b]) Ibid. art. 3. pr. [c]) Ibid. art. 5. n. 1.

ditus ob iuramentum ſubiectionis praeſtitum, deſerere dominum poteſt. Cumque reuocatio manumiſſi ſolum ad anni lapſum reſtricta ſit, haec fugitiui vindicatio, cui nec Lege quadam certus terminus eſt praeſtitutus, a domino, quandocunque id ipſi placeat, et quolibet momento, poteſt inſtitui. Nec eadem vllo temporis lapſu tollitur, quia nullam in hac re ſubditis praeſcriptionem prodeſſe, iam ſupra [d]) commonſtratum fuit. Quodſi fugitiuus alibi iam fundi poſſeſſionem ſit nactus, id veri domini ius nequaquam diminuit, ſiquidem hoc in caſu Lege [e]) cauetur: Und kan ſich ohne derſelben Wißen und Willen, auch ohne erlangten Loßbrief der Unterthänigkeit in keinerley Weiſe entbrechen; do er ſich aber deßen unterſienge, und ohne Loßbrief ſich andrer Orten ſeßhafft machte, ſo ſoll ſeiner Herrſchafft, darunter er gebohren, denſelben jederzeit wieder abzufordern frey ſtehen, und ihme der Unterthaner von keinem, wer der auch ſey, vorenthalten, ſondern uff ſchrifft- oder mündliches Begehren, ohne Verwiederung abgefolget werden. Ita pariter ius domini ſaluum manet, quamuis ſubditus fugitiuus vxorem terrae alienae duxerit, quinimo augetur, noua huius vxoris acceſſione, quia haec mariti ſequitur ſtatum, et habet quod ſibi imputet, cur non magis in mariti inquiſiuerit conditionem; diſponitur enim: [f]) So ſoll uff ſolchen Fall das Weib dem Manne zu folgen ſchuldig ſeyn. Tandem ſi

[d]) h. diſſ. Sect. II. §. XI. n. b.)

[e]) Unterth. Ordn. art. 2. pr.

[f]) Ibid. art. 4. n. 8. in f.

si iuramentum subiectionis alii, aut homagium iurasset, periurus quidem erit, attamen inde nec obligabitur, nec efficaciae quicquam in prioris domini praeiudicium deriuabit, quia iustitia, tanquam comes cuiusuis iurisiurandi maxime necessarius, prorsus in eo deficit. Quis enim vnquam dabit probatum, contra Leges et contra perfectissimam obligationem valide iurari posse? Si hoc liceret, arbitrio subditorum procul dubio foret integrum, an Leges praescriptas seruare, an abiurare potius illas velint. Quod autem haec omnia vsu forensi sanctissime obseruentur, exemplo quodam dilucidius demonstrabo. Subditus quidam, George Heincke, dominum suum clam deseruerat et Senftenbergae non modo vxorem duxerat, sed et in suburbio domum sibi acquisiuerat, et homagium praestiterat, ad dominum autem reuertere iussus, non redierat. Quo facto Potentissimus a domino supplice imploratus, ad praefectum Senftenbergensem[g]) hunc in modum rescribebat: Uns klaget der Geheime Kriegs Rath Johann Heinrich Simonis, zu Wiedtnitz, durch den Inschluß allerunterthänigst, daß ein von seinem Guthe entwichener Unterthaner, Nahmens George Heincke, welcher heimlich und ohne sein Vorwißen nacher Senfftenberg sich gewendet und allda niedergelaßen, ohngeachtet er sich nachhero zu seinem Bruder zu besagtem Wiedtnitz vor Knecht vermiethet, auch das Mieth-Geld darauf angenommen, dennoch zu dem letztern unter dem Vorwand, daß ihme von dir Verboth geschehen, sich nicht begeben und den Dienst antreten wolle, stellet vor und bittet, wie dar-

g) anno 1731. die 10. Ianuarii.

aus mit mehrern zu ersehen. Worauf unser Begehren, du wollest, daferne es dem Anziehen gemäß sich verhält, bemeldten Heincken an Supplicanten abfolgen laßen, und in fernern Verweigerungs Fall ihn zu seiner Schuldigkeit durch gebührende Zwangs-Mittel anhalten. Quo Serenissimi Principis iussu ad praefectum perlato, subditus nominatus statim ad carcerem deductus, dominoque, postquam consuetas litteras reuersales exhibuerat, restitutus est. Ceterum tamen animaduertendum est, subditos fugitiuos non semper demum ad Potentissimi praeceptum, sed plerumque statim ad solam domini implorationem vindicari, et a quolibet in terris Saxonicis, etiam extra Marchionatum, [h]) repeti solere.

§. XVI.

Dimissi milites gregarii quoque nondum ab omni reuocatione sunt exclusi.

Qui domino sciente castra sequitur, is quidem quamdiu numero militum adscriptus est, a seruitute, qua domino tenebatur, liber censendus est, ne a signis suis auocetur, et sic forte ipsa respublica detrimenti quid capiat. Post missionem vero distinguendum est inter eos, qui officio quodam militari ornati, ac inter eos, qui vt gregarii milites dimissi sunt. De illis, wenn sie zu Kriegs Aemtern befördert worden, und solche bedienet hätten, vt loquitur Ordinatio Subditorum, res certa est, quod liberi maneant, modo, si domi-

h) vid. Mand. daß kein flüchtiger Unterthaner ohne Producirung des Loß und Abzug Briefes angenommen werden solle d. 8. Iul. 1656. Eiusque renouatio d. 7. April 1663. in Corp. Iur. Lus. Sup. p. 396. sequ. vid. inprimis Mand. d. d. Warschau d. 1. Iunii 1735.

dominus hoc ignorauerit, indemnitatem ei praestent. [a]) Quid autem verba: Kriegs Aemter significant? Procul dubio praefecti militum superiores, Ober-Officiers, hic intelliguntur, quia haec libertatis datio simul in praemium meritorum, quibus ad hanc dignitatem prouecti sunt, introducta videtur, praefectorum autem inferiorum, derer Unter-Officiers, officium tale vix est, quod ein Kriegs-Amt, vocetur, neque vsui loquendi Germanico conuenit, si dicatur: ein Unter-Officier bedient ein Kriegs Amt. Vt omittam dictam elocutionem in foro haud aliter explicari; [b]) quare militum praefecti inferiores, hac parte a militibus gregariis non erunt diuersi. De his vero, quos modo nominaui, militibus gregariis, quin post missionem redire in seruitutem debeant, et nolentes retrahi queant, nullus dubito affirmare. Cum enim nulla Lege statutum reperiatur, quod eiusmodi milites, vel ipso iure, vel tacita domini voluntate, plenissimam et infinitam consecuti sint libertatem, quid quaeso poterit obstare, quo minus e castris reuersi, a domino repetantur? Nihil obest, quod dominus eos milites fieri consenserit; numne enim credis, a tali consensu ad tempus militiae protracto, conclusionem ad manumissionem per-

 fectam

a) Unterth. Ordn. art. 4. n. 7.

b) Vti hoc videre datum est in einem ad Potentissimum d. d. Budißin den 11. Septr. 1737. allerunterthänigst erstatteten Ober Amts Bericht, Martin Bircken zu Wuischke, und deßen praetendirte Befreyung durch Militair Dienste, wovon er wieder dimittiret worden, betreffend. Conf. simul Ord. Prou. Lus. Inf. Reuis. de anno 1669. §. 7. qua idem caput sic explicatur: so einer ein officium eines Fehndrichs, Cornets oder ein höheres bedienet hätte.

fectam valere? Alterum sane alterum non excludit. Id etiam aperte probat resolutio Dominorum Ordinum Prouincialium his verbis concepta: [c]) Der Herr Maior von Oberländer beschweret sich, daß zwey seiner Oberleutersdorfischen Unterthanen, welche als abgedanckte Soldaten zurück gekommen, ihme ihre Abschiede auszuhändigen und Nahrungen anzunehmen sich verweigerten, und verlanget von Herren Ständen beschieden zu seyn, wie er sich zu verhalten. Nachdem aber in hiesiger Unterthanen Ordnung gnugsam versehen, daß dergleichen abgedanckte Soldaten wiederum in ihre vorige Dienstbarkeit oder Unterthänigkeit versetzet, und wenn ihnen von ihrer Herrschafft dergestalltige Nahrungen verschaffet worden, wie in nur erwehnter Ordnung enthalten, selbige anzunehmen verbunden sind; So siehet man nicht, was es vor einer andern Verfaßung von Nöthen habe, wie sie denn auch davor halten, daß es einer ieden Herrschafft wohl vergönnet sey, ihnen die Abschiede nach Befinden abzufordern, und wieder zuzustellen. Praeter haec quilibet dominus, vt consuetudo fert, missos milites quondam subditos, iam autem inualidos corporeque mutilatos, tecto recipere ac sustentare obstrictus est; nonne igitur in sanos eosdem ius domino denegare, magnam iniquitatem saperet? His tandem conformis est vsus forensis, quandoquidem in commemorata relatione [d]) ad Principem, haec traduntur expressa: Hingegen die tägliche praxis

[c]) Aus den Land Tags Schluße Bartholomaei 1717. Incid. 7.

[d]) in dem Ober Amts-Bericht de dato Budißin den 11. Septr. 1737. Martin Bircken zu Wuischke betreffend. vid. h. §. not. b.)

praxis bestärcket, daß Unterthanen, wenn sie aus denen Kriegs Diensten gelangen, nach, wie vor denen Kriegs Diensten, unterthänig sind, auser dem aber allerhand unvermeidliche dem Publico nachtheilige Folgerungen zu besorgen wären. Nouissime tamen haec militum reuocatio a Principe sic est limitata, vt ei tantum subsint, qui sua sponte nomen militiae dederunt: reliqui vero, vel euocatione per sortem, vel alia publica exercitus conscriptione, militibus adscripti, nunc emeriti, vel propter tempus pactionis finitum dimissi, tunc demum in seruitutem reuocentur, si non minimum sex annos militarunt, et nec vlla fundi possessione sunt potiti. Expediet ipsum rescriptum Regium apponere: Von GOttes Gnaden **Friedrich August**, König in Pohlen rc. Hertzog zu Sachßen rc. Hoch und Wohlgebohrner Rath lieber Getreuer. Nachdem wir den Entschluß gefaßet, daß die Inualiden, wenn selbige sich durch die, aus Unserm Geheimen Kriegs Raths Collegio, erhaltene und gewöhnlicher maaßen besiegelte Büchel, oder von nur ermeldten Collegio ausgestellte, mit dem Kriegs Signet bedruckte Frey-Scheine, bey der Obrigkeit des Orts ihres Aufenthalts legitimiret, ohne Unterscheid, wenn sie sich ihrer Hände Arbeit zu nähren im Stande, und nicht mit Güthern oder Häusern ansäßig sind, von allen und ieden Personal praestandis, wie solche nur Nahmen haben, ad dies vitae befreyet seyn, und ihr etwa erlerntes Handwerck und Nahrung, in der Stille und ohne Setzung einiger Gesellen oder Lehrjungen, bloß vor sich, sonder Nachtheil derer Innungs Articul und Pruilegien ohngehindert zu exerciren, und zu treiben die Erlaubniß haben, überdies diejenigen, so einmahl in

in Unsern Kriegs Diensten, worzu sie nicht freywillig, sondern durchs Looß, oder sonst vermittelst Anwerbung gekommen, gestanden, und von einem Unserer Feld Regimenter, ihren Abschied entweder als Inualiden oder als Capitulanten erlanget, ihrer vorigen Leib Eigenschafft dardurch völlig entlediget, solches Beneficium aber nur denenjenigen, so wenigstens Sechs bis Zehn Jahr gedienet, und mit gar nichts angeseßen sind, zu statten kommen, auf die übrigen hingegen, so wenige Zeit Kriegs Dienste geleistet, oder auch ansäßig sind, nicht extendiret werden solle; So begehren Wir gnädigst, ihr wollet diese Unsre euch eröfnete Landesväterliche Intention in Unserm Marggrafthum Ober Lausitz zu gebührender Nachachtung bekannt machen, und zu dem Ende das weiter nöthige verfügen, auch wie solches geschehen, mittelst unterthänigsten Berichts zu seiner Zeit gehorsamst anzeigen. Hieran ꝛc. Und wir ꝛc. Geben zu Dreßden den 21. Septembr. 1738.

Christ. von Looß

An Herrn Geheimen Rath und Ober-Amts-Hauptmann zu Budißin.

Frantz Adolph von Rechenberg.

Posthaec eadem regia voluntas non tantum denuo approbata, sed etiam ad militum dimissorum vxores, liberos, omnesque descendentes extensa fuit. [e]) Tandem vero, cum ipsi Ordines Prouinciales principem iteratis precibus adirent, et vt priuilegium istud minimum ad militum dimissorum personas restringeretur, peterent, Rex Potentissimus denuo clementissime rescripsit: Von GOttes Gnaden

[e]) die 5. Nouembr. 1738.

den Friedrich August, König in Pohlen ꝛc. Herzog zu Sachßen ꝛc. Hoch und Wohlgebohrner Rath, lieber Getreuer. Wir haben zwar, wie euch aus Unserm d. d. 5. Nou. a. pr. ergangenen Rescripto annoch errinnerlich, die denen Inualiden ohnlängst per generale verliehene Befreyung von der Erb Unterthänigkeit, auch auf ihre Weiber und Kinder samt deren Nachkommen zu extendiren anbefohlen. Nachdem Wir aber auf die, von denen getreuen Ständen Unsers Marggrafthums Ober-Lausitz, bey Uns eingereichte unterthänigste Vorstellung, aus Landesväterlicher Hulde geschehen lassen wollen, daß obgedachte Erledigung von der Erb-Unterthänigkeit, und denen daher zu leistenden Diensten, nur lediglich den Inualiden selbst, keinesweges aber ihren Weibern, Kindern und Nachkommen, oder denen, so nach kurtz gedienter Zeit nicht als Inualiden dimittiret worden, angedeyhen möge; Alß haben Wir euch, deme Wir mit Gnaden gewogen, solches zur Resolution hierdurch nicht verhalten wollen, gnädigst begehrende, ihr wollet hiervon denen Ständen von Land und Städten, mittelst eines Umlaufs, behörige Eröfnung thun. Und es ꝛc. Geben zu Dreßden den 20. Mart. 1739.

Joh. Christ. von Hennicke

An Herrn Geheimen-Rath
und Ober-Amts-Hauptmann
Grafen von Gersdorff.

Frantz Adolph von Rechenberg.

§. XVII.

Dantur etiam casus, quibus ius nostrum reuocandi manumissum, etsi primo intuitu competierit, in effectu tamen *Cessat ius reuocandi manumissum*

renunciatione domini expressa

tamen cessat. Huc praecipue referenda est renunciatio domini; sicut enim naturalis aequitas suadet, ne quis redeat ad id, quod semel contemnendum putauit, et ius commune docet, inuito nemini beneficia iuris obtrudi: [a]) ita quoque dominus, qui iure suo vti se nolle declarauit, haud amplius habebit, quo ius, manumissum reuocandi remissum, sit exerciturus. Cum tamen multum in foro disceptetur, an dominus huic iuri renunciandi gaudeat facultate, an vero eidem, tanquam iuri publico, pactis priuatorum derogari nequeat? operae pretium erit, ante omnia, quid ea de re sentiendum sit, expiscari. Firmis autem certisque argumentis commotus affirmo, quod dominus valide huic iuri singulari renunciare possit. Explorati iuris est, quemlibet rerum suarum iuriumque optimum esse moderatorem et arbitrum, [b]) ita vt abuti fortunis suis nemo prohibeatur; [c]) quinimo ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, ICtus GAIUS [d]) iniquum iudicat. Iam autem proprii homines in Lusatia Superiori, quatenus alienari possunt, merito sunt loco rerum, siquidem in venditione praediorum derer Ritter-Güther simul taxantur, sie werden mit in Anschlag gebracht; quare de his eorumque libertate, ius disponendi pro lubitu, domino nequaquam denegandum est. Scio quidem, quod haec libera rerum suarum alienatio, Legibus specialibus quan-

[a]) L. 69. ff. de R. I. [b]) L. 21. C. Mandat. vel contra.

[c]) arg. L. 25. §. 11. ff. de hered. petit.

[d]) in L. 2. ff. si a parente quis manumiss.

quandoque restringatur; sed quemadmodum eiusmodi restrictio singularis, contra iuris generalis tenorem introducta, semper probanda est: ita non minus, nostris dominis plenissimam libertatem concedendi, et reuocationi renunciandi potestatem ademtam, vel diminutam esse, si quis eam negare velit, probari debet. Tantum vero abest, vt vlla Lege ius istud dominorum restrictum esse demonstretur, vt potius, experientia quotidiana teste, subditi, vt opificium addiscant exerceantque, nec non in vrbibus sedem perpetuam sibi constituant, plena et illimitata libertate donentur. Facile ex his vides, facultatem reuocationi renunciandi perperam a nonnullis in dubium vocari. Neque obstat, quod alii defendunt, hoc ius reuocandi boni publici caussa introductum, ac ipsam Legem prohibitiuam esse, adeoque huic iuri, vt publico et prohibitiuo, renunciari nullo modo posse; [e]) nihil enim eorum ex Ordinatione Subditorum elucet. Nec video vnde vtilitas in rempublicam dimanet, si hoc ius reuocandi domino tantum priori competat. Nonne cuilibet manumisso iam publice iniunctum est, ne libertate sua male vtatur, daß er nicht uff ledigen Sattel liege, sondern sich wiederum unterthänig mache oder niederlaße? Item: daß er sich der allgemeinen Landes Beschwer und Mitleidung nicht entbreche, etiam in casu, quo dominus dimittens ius reuocandi ne quidem habet? Nonne ergo hac parte, quamuis dominus renunciauerit, publicae saluti satis consultum est? cum eiusmodi contrauenientes quilibet

 magi-

[e]) L. 38. ff. de pact. L. 5. pr. C. de Legib.

magiſtratus ad officium redigere queat. Quidſi ergo quis renunciet reuocationi? ſauori quidem pro ſe, non autem pro republica introducto, vnquam renunciabit. Patet ex his traditis, quod Lex noſtra abſolutam aliquam prohibitionem in ſe non contineat, ſiquidem haec, ſi adeſſet, omni fine careret, quoniam reipublicae perinde conſultum videtur, ſiue Iulius, ſiue Titius ſubditum aliquem poſſideat. Sed largiar prohibitionem ineſſe Legi, nemo tamen eandem, in fauorem domini libertatem concedentis, factam eſſe negabit. Cum autem dubio careat, id quod prohibitum eſt, fieri licitum conſenſu eorum, in quorum fauorem eſt prohibitum, [f]) quia conſentiens, vt alius ſuper re ſua diſponat, ſibi praeiudicat; [g]) neſcio ſane, num dubii quicquam remaneat, quod domini renunciationis valori opponendum ſit. Quo firmato, cum omnis renunciatio in duas abeat ſpecies, quarum altera *expreſſa* eſt, altera vero *tacita*, contemplemur primum caſum, quo quis expreſſe ius ſuum remiſit. In hoc quin idem iuris ſit, quam quod generatim in omni obtinet renunciatione, propterea dubitari nequit, quoniam ea, quae in genere ſunt conſtituta, in qualibet eiusdem generis ſpecie, non poſſunt non ob rationem naturalem valere, adeoque dominus renuncians, qui nihilominus poſtea reuocationem intendit, vel prorſus non audietur, vel lite admiſſa, non niſi triſtem illius exitum experietur. Eiusmodi euentum perferebat quondam Dominus IOACHIMVS ERNESTVS A ZIEGLER dynaſta

in

f) arg. L. 120. §. 1. ff. de legat. I.

g) arg. L. 8. §. 11. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.

in Wehrsdorff, cuius pater eiusdem nominis, ſubditum ſuum Balthaſarum Marsmannum, dato affrancamento, manumiſerat, hac ampliſſima clauſula inſerta: daß weder er noch ſeine Erben und nachkommende Beſitzer des Guthes Wehrsdorff, von nun an und zu ewigen Zeiten, an ihn und ſeine Kinder und Nachkommen, der Unterthänigkeit wegen, nicht das geringſte mehr praetendiren wollten noch ſollten, und obwohl in der Unterthanen Ordnung des Marggrafthums Ober-Lauſitz enthalten, daß, wenn ein loßgegebener Unterthan ſich nach erlangten Erlaßen, innerhalb Jahres Friſt nicht ſeßhafft machet, ſolcher Loßbrief weiter nicht gültig ſeyn, ſondern der Unterthan nach ſolcher Zeit wieder reuociret werden könne, ſo habe doch der von Ziegler vor ſich, ſeine Erben und künfftige Beſitzer des Guthes Wehrsdorff, ſich dieſes Beneficii in der Unterthanen Ordnung begeben, alſo daß ungeachtet Balthaſar Marsmann binnen Jahres Friſt unter andre Herrſchafft ſich nicht anſäßig machen würde, dieſer Loßbrief dennoch ſeine Krafft und Würckung haben, und er und die ſeinigen in keinen Anſpruch genommeu werden ſollten. Cum autem nominatus manumittentis filius, nihilo ſecius manumiſſum Marsmannum reuocare intenderet, et res ad iudicem deduceretur, coram Suprema Luſatiae Superioris Praefectura die XII. Iulii, anno MDCLXXXVI. haec promulgabatur ſententia: Daß Herr Beklagter den von ſeinem ſeel. Herrn Vater Klägern ertheilten Loßbrief zu diſputiren nicht befugt, daher Kläger von des Herrn Beklagten vermeinten Vindication oder Reuocation zu abſoluiren, und bey dem einmahl erlangten Loß und Frey Briefe allerdings zu ſchützen.

 §. XVIII.

§. XVIII.

Cessat idem ius reuocandi renunciatione domini tacita.

Haec de renunciatione expressa. Quid autem de tacita? Hanc non minus efficere vt a reuocandi iure dominus praecludatur, inde certum est, quoniam taciti non minorem vim esse quam expressi, nemo ignorat, neque huic iuris communis principio in Lusatia Superiori, aut Lege, aut moribus derogatum fuisse, probari potest. Quemadmodum vero omnis tacitus consensus ex factis quibusdam colligitur, et haec facta talia sint necesse est, vt inde animus consentientis vere appareat, ita nec hoc loco aliud statuendum est, sed ob taciti consensus naturam, eiusmodi facta supponenda sunt, ex quibus, dominum a iure suo reuocandi recessisse, vere perspicitur. Quae vero illa sint, iam plenius indicabo. Duplicis nimirum generis ea tantum esse, ac *vel* solum temporis lapsum, *vel* ius domini in eam causam redactum, vnde nec exerceri nec incipere potest, huc referendum deprehendo; quodsi enim neuter casus existit, nullum consensus in ius amittendum indicium apparebit. Clarius de vtroque disseram *Primum illud*, quo ius reuocandi tacita domini voluntate interit, est *longissimi temporis praescriptio*, et haec quidem Saxonica XXX. annorum anni et diei, quoniam prae iure Iustinianeo, ius commune Saxonicum in Lusatia est receptum. Ratio autem, cur haec in casu nostro obtineat, partim generalis illa reddi potest, quod reipublicae intersit, rerum dominia et iura esse certa, partim ea est consideranda, quod Leges Lusaticae nullibi hunc casum exceperint, iusque domini, praescriptione finiri vetuerint. Quod enim Ordinatio

*) Art. 2. n. 6. circ. fin.

tio Subditorum [a]) ait: Daß sie sich zu keiner Zeit, es stehe kurtz oder lang an, mit einiger Verjährung nicht zu behelffen haben, weniger dieselbe dem Unterthanen, wenn er gleich 10. 20. 30. oder mehr Jahre außen bleiben möchte, zu statten kommen solle, welches denn auch von ihren Kindern und Kindes Kindern zu verstehen ist, illud ſicut contextus et totus articulus docet, non niſi de ſubditis adhuc adſtrictis et non manumiſſis eſt intelligendum, ideoque ad noſtros, qui vere manumiſſi erant, neutiquam extendendum. Neque obeſt, quod ipſimet ſupra [b]) docuimus, dominum reuócantem, ex proprietate tanquam vero reuocationis fundamento, in manumiſſum recuperata, agere; nam bene diſtinguendum eſt inter proprietatem continuatam, et inter eam quae Lege recuperata eſt. De illa ſimul aequum eſt, quod ſubditis praeſcriptio non proſit, quia dominus nondum ea ſe priuari velle, declarauit: de hac autem, quae Lege nouiter offertur, domino adhuc integrum eſt, velitne particeps eius fieri, an eam repudiare. Si poſterius elegerit, quod merito factum cenſetur, vbi per tempus legitimum tacuit, ab eodem iure praecluſus omnino dicendus eſt. Potuit itaque dominus proprietatem recuperare, eaque acquiſita manumiſſum reuocare: ſi vero eam habere noluit, quomodo illius effectus ſibi tribuere poterit? Ita reuocationis fundamentum in iure proprietatis adhuc ponendum eſt, et tamen ſententia, quod ipſum hoc ius nondum plene acquiſitum praeſcriptione penitus intereat, ſalua manebit. Ceterum non nego manumiſſum, quamuis a domino non reuocetur, aut reuocari tandem non

[a]) Art. 2. n. 6. circ. fin.
[b]) h. diſſ. Sect. II. §. 12.

non poſſit, nihilominus adſtringi, vt ſedem alibi fixam ſibi quaerat, et hac ratione Legi publicae ſatisfaciat. Alterum tacitae renunciationis caput,in eo verſatur,quod ſupponatur, *ius domini in eam cauſam redactum*, *vnde nec exerceri*, *nec incipere poteſt*. *Prior caſus*, quo ius illud exerceri non poteſt, ita contingit, ſi dominus ſuae obligationi ſatisfacere detrectat, veluti ſi reuocando vitae ſubſidia neceſſaria ſuppeditare recuſat, vbi tamen ſcit, reuocationem ſibi aliter non competere. [c]) Quod enim ipſe hoc modo in ſui iuris interitum tacite conſentiat, inde manifeſtum eſt, quod nemo iure ſuo vti velle videatur, qui ea negligit, ſub quibus tamen illud conceſſum eſt. *Caſus* autem *poſterior*, quo ius domini reuocationis eo redigitur, vnde initium capere nequit, ſic accidit, ſi manumiſſio vel ſtatim cum alia manumiſſione coniuncta ſit, qua Leges reuocationem non permittunt, puta, ſi dominus manumiſſo concedat, vt opificio operam det, hic vero eam vere adhibuerit: vel ante ſimpliciter facta, poſt in aliam degeneret, qua itidem reuocare non licet, veluti ſi dominus manumiſſo poſtea teſtimonium legitimae natiuitatis, einen Geburths Brief, exhibeat, eo fine, vt inter opifices recipiatur; nam vtroque caſu, etſi domino tantum ſciente idem euenerit, Leges omnem inhibent reuocationem, [d]) cur non multo magis dominus iuri ſuo videbitur renunciaſſe, qui ipſe huic rei ſuſcipiendae praebuit anſam? Idem de aliis caſibus, videlicet ſi dominus

[c]) cuius rei neceſſitatem demonſtrauimus h. diſſ. Sect. II. §. 11.

[d]) Unterth. Ordn. art. 4. n. 7.

nus manumiſſum ad litterarum ſtudia incumbere patiatur, et ſimilibus, iudicandum eſſe arbitror, quia ſic plus eſt conceſſum, quam quod concedendum erat, vbi ius reuocandi ſaluum manere debebat. Illud tamen non eſt praetermittendum, quod in caſu, vbi manumiſſio initio ſimpliciter conceſſa, poſt in aliam degenerat, haec transmutatio, antequam manumiſſus fuerit reuocatus, fieri debeat; alias enim tacitae renunciationis exemplum non aderit, cum reuocationi iam factae amplius non poſſit renunciari: manumiſſio autem, denuo opificii addiſcendi cauſa celebrata, in ſe reuocandi ius non admittat. Deinde vtriusque caſus commemorati limitatio haec eſt: ne manumiſſus, qui plenam libertatem ſibi vindicare poterat, ipſe poſtea contraueniat, ſponteque rurſus domino ſe ſubiiciat, veluti ſi quotannis ſe ſiſtat, cenſumque ſeruitiorum, Dienſt Geld, praeſtet, imo alibi commorandi licentiam petat, eamque pro certa pecunia impetret, wenn er einen Gunſt Zettul löſet; tunc enim ſe non eſſe liberum, aperte fatetur, et fauori pro ſe introducto renunciat, cui inuito aeque ac domino beneficia non obtruduntur. In hoc igitur mirum non eſt, qui fiat, vt aliquando a domino vindicetur. Idem fere caſus, cum ante aliquot annos in foro euenerit, ex iisdem principiis decidebatur. Cum enim Ioannes George Manitz, a domino ſuo, Ill. Comite a Watzdorff teſtimonium legitimae natiuitatis acceperat, vt inter caementarios reciperetur, horumque opificio operam daret, ille quoque a nominatis opificibus vere receptus, et eorum tribui adſcriptus fuerat, poſtea vero dominum ſuum denuo agnouerat, eique vel

ſeruitia, vel eorum loco cenſum praeſtiterat, ac denique licentiam abſentiae petitam, pro conſueta pecunia impetrauerat; domini prioris filius, eum redire nolentem, vindicaturus hac ſententia fuit munitus: [c]) Daß geſtallten Sachen nach, Impetrantens Principal bey der Poſſeſſ der Unterthänigkeit Impetratens billig zu ſchützen, und dieſer ſeines Einwendens ungeachtet bey Vermeidung, daß er wiedrigen Falls durch behörige Zwangs Mittel darzu werde angehalten werden, ſich als ein Unterthaner nach Croſta zu begeben, und in ſolcher Unterthänigkeit ſich gegen Impetrantens Principalen, als ſeine Herrſchafft der Gebühr nach zu bezeigen ſchuldig; Quae ſententia etiam in appellationis inſtantia confirmata, et ſic vires rei iudicatae nacta fuit.

§. XIX.

Quaeſtioni: num ius reuocandi ceſſet, in eo qui non ſeßhafft factus, ſed in militiam profectus eſt? reſpondetur.

Supereſt quaeſtio: an manumiſſus a militia, in quam profectus eſt, reuocari queat: an vero ius reuocandi prorſus hoc caſu ceſſet? Diſtinguo an inuitus ob neceſſitatem publicam, an ſponte miles gregarius, de quo hic loquimur conſcriptus ſit. Si prius contigerit, ius domini regulariter eſt ſuſpenſum, quoniam vtilitas publica priuatorum vtilitati merito praefertur: poſt miſſionem vero videndum eſt, an miſſus illis requiſitis, quae paulo ante [a]) propoſuimus, ornatus ſit, vt ex clementia regia perpetuam conſequatur libertatem nec ne? vbi, ſi dicta requiſita deficiunt, ius domini veluti reuiuiſcit, ac reuocationis effectus etiam noſtro caſu

[c]) publicata eſt die 15. Februarii anno 1732.

[a]) h. diſſ. Sect. II. §. 16.

caſu procul dubio producit, quia militia in ſe ſeruitutem quidem ſuſpendit, plenam vero libertatem iure Luſatico nunquam tribuit. Sin poſterius acciderit, vbi manumiſſus ſponte caſtra ſequitur, ius reuocandi quidem nunquam penitus extinguitur, cum nec regia reſcripta militibus voluntariis ea in re proſint: at exercitium illius pro re nata reſtrictum et limitatum omnino eſſe poteſt. Nam ſi manumiſſus intra annum poſt manumiſſionem nomen militiae dedit, dominus illum ſtatim reuocaturus vix ac ne vix quidem audietur, quoniam hoc tempus annale in ſubditi fauorem introductum, in illius praeiudicium detorqueri nequit. Et quemadmodum ſi per hoc tempus extra militiam vixiſſet, reuocatus non fuiſſet; ita non video rationem, cur nunc duriorem conditionem perferre debeat, cum laudem potius mereri videatur, quod per hoc tempus ipſi relictum, operis ſuis publico prodeſſe, quam otioſus et omniuagus manere maluerit. Neque tamen poſt annum praeterlapſum reuocationem domino vnquam denegarem, partim quod illa Lege publica competat, ſi manumiſſus fundi cuiusdam poſſeſſione haud potiatur, operam vero militarem nauare, et agrum quendam culturae cauſa poſſidere, comparari inuicem, et pro iisdem haberi nequaquam poſſint: partim quod ipſe princeps dictum ius dominis competens confirmauerit, adeoque vt ei, vel a ſubdito militiam petente, vel ab alio quouis contraueniatur, velle non poſſit videri. Quodſi vero manumiſſus poſt annum praeterfluxum rei militari ſe dedat, dominus duplici modo iure ſuo vti poteſt, et ſic vel ſtatim ſe opponere et conſcriptionem impedire, vel

 pati,

pati, vt interim in officio ſuo reuocandus perſiſtat. Poſtquam ſtatim ſe oppoſuit, quod ob rationes, quas modo recenſui, poteſt, fiet vt controuerſia omnis vna tollatur. Contra ſi reuocandum militiae adſcribi paſſus eſt, quamdiu hoc admittit, tamdiu etiam ſui iuris effectu cenſebitur deſtitutus, quia naturale eſt, neminem duobus dominis ſimul ſeruire poſſe. Poteſtne autem hoc caſu dominus, quandocunque hoc ipſi placeat, ſubditum ſuum iamdum militem, a ſignis ſuis auocare atque repetere? Quod poſſit, arbitror, cum ex ſola domini patientia ſit miles. Quamprimum igitur iſte patiendi animus immutatur, id, quod ante ab illo pendebat, non poteſt non corruere atque finiri, adeoque cauſa, cur ſubditus ille ſit miles, ceſſante, vt ipſa militia nunc ceſſet, neceſſe eſt. Ne autem publicae ſaluti derogare videar, vltro neceſſitatis excipio caſum, quo in augmentum copiarum quiuis cogitur, et iamiam collecti tanto diligentius retinentur, ne vis exercitus diminuatur; ſicut enim ſalus reipublicae ſuprema Lex eſt, ita nihil eidem iure praefertur, quod commodum priuatorum ſpectat, adeoque nec noſtrum ius reuocandi, ob manifeſtam aequitatis rationem, illi publico iuri anteponendum eſt. Quibus principiis conſideratis, iudicatu facillimum fore arbitror, quid in qualibet propoſitae quaeſtionis parte debeat ſentiri.

§. XX.

Vbi ius reuocandi non competit, ibi perperam quae-

Quotiescunque diſquiritur, an et quatenus ius aliquod ceſſet, toties neceſſe eſt, vt ſupponantur caſus, quibus in regula idem ius competit. Ius enim ceſſare nihil aliud ſignificat, quam in caſibus quibusdam iure ſuo vti non poſſe; ita

ita cessat SCtum Velleianum in casu, quo mulier in dolo est, cui tamen regulariter exceptio SCti non denegatur. Quicunque igitur casus, quibus ius quoddam cessat, seu iuris eiusdem contraria exponit, is regulae legalis limites adstruit, quos vltra iuris exercitium non transit. Vbicunque autem nullum ius competit, ibi nec limites eius cogitari multoque minus determinari, neque adeo casus indicari possunt, quibus exercitium illius cesset; quicquid enim non existit, illi non est quod affectiones quaedam attribuantur. Quae meditatio nobis quoque in iure nostro manumissum subditum reuocandi, quousque illud obtineat aut cesset, optimam iudicandi praestat occasionem. Videndum etiam est hoc loco ante omnia, num illud regulariter competat, quo perspecto, in quolibet singulari casu facile patebit, an exercitium illius adhuc sit saluum, an vero magis censeatur extinctum aut limitatum. Equidem casus praecipuos, quibus regulae nostrae limites conspiciuntur, in iis quae modo dixi, veluti renunciatione tam expressa, quam tacita, item, vbi militiae manumissus fuit adscriptus, allegatos a me esse existimo. Verum quia principiorum ea est natura, vt tam late pateant, tamque diu valeant, quam late ratio illorum ad alias res protenditur, et quamdiu congrua eorum applicatio cognoscitur; ego sane nec inficior, quod plures dari possint casus, quibus ius manumissum reuocandi cesset, quiue plenius inde perspiciuntur, si quis reuocandi potestatem competere, attamen vsum illius ac exercitium specialiter Lege aliaque causa impediri intelligat. Ita paucis plura

stio mouetur: an illud cesset.

P 3 conti-

continentur et dicta ſunt, omniaque verbis non expreſſa tanquam ex fonte ſuo hauriri, nec non vſui forenſi, optimo quod ſpero ſucceſſu, accommodari queunt. Vbicunque autem ius iſtud in ſe non competit, ibi et perperam quaeſtio mouetur, an illud ceſſet? Sic nemo quidem negabit, quod ipſo iure manumiſſi non reuocentur, veluti ſi quis ob ſaeuitiam domini, vel ob illicitum proprium factum, vel ob id, quod ſeruiendi facultate fuerit deſtitutus, vel denique ob matrimonii fauorem, libertatem ſit adeptus: pari ratione vnusquisque fatebitur nec in iis reuocationi locum eſſe, qui tacita domini voluntate Lege approbata liberi facti, quo referuntur qui fundum ſuum domino vendere inuiti coacti ſunt, vel eum ſponte domino accipienti tradiderunt, vel domino volente et conſentiente, alii ſubdito vendiderunt, aut permutarunt, vel qui praeſcitu domini ad literarum ſtudia incubuerunt, aut in vrbibus mercaturae aut opificio operam dederunt, aut qui ſub ſignis militaribus munere quodam praefecti militum ornati fuerunt: tandem facile quilibet largietur, vltima voluntate manumiſſum, ab herede defuncti ſiue ſcripto, ſiue legitimo, reuocari non poſſe; an vero credis, omnibus his caſibus ideo non obtinere reuocationem, quoniam in iisdem limitatio iuris reuocandi deprehenditur? hoc ſi tibi perſuaſeris, in deuia mirifice aberrabis. Ius enim quod non competit, quatenus illud non competere cernitur, limitari non poteſt: conſtat vero et a me ſupra probatum eſt, ius reuocandi a domino priori exercendum, in omnibus manumiſſionum ſpeciebus

bus modo repetitis, penitus deficere; quam ob rem, quomodo id in iisdem cessare tantum queat, me non intelligere lubenti animo fateor. Certe si quis haec exempla huc referret, is non tam limites iuris, quam id potius demonstraret, quod reuocatio manumissi multoties non esset concessa; quo tamen admisso, ea res inquireretur, de qua neque quaerebatur, neque multum quaerere operae pretium erat. Quin? exempla alia innumera superessent, quae non minus, quamuis frustra, alleganda forent. Nonne enim is quoque, qui homines proprios nunquam habuit, aut si habuerit, eos nunquam manumisit, iure reuocandi non gauderet? Vides igitur sufficere nosse, sub quibus conditionibus manumissum reuocare liceat, et eo cognito, statim clarum erit, quibus et quomodo ea reuocatione vti non sit permissum.

Haec erant, quae de iure dominis hominem proprium manumissum reuocandi, in Lusatia Superiori competente, disserere apud animum meum constitueram. Quodsi desiderio tuo B. L. ac expectationi haud vbique satisfecerim, te mecum, qui primus hac in re vires tentaui, summo rigore non acturum, sed nouis tuis meditationibus rem meam aucturum et ornaturum esse, ab humanitate tua expecto.

F I N I S.

GENEROSISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO RESPONDENTI

S.

P R A E S E S.

Elapsum est fere triennium, ex quo Lipsiam nostrasque musas eo consilio accessisti, vt ad litterarum studia curatius incumberes et patriae Gentique Tuae Perillustri futurus esses ornamento. Eius vero temporis praeterfluxi, quo mecum etiam versatus es, mihi potissimum iucundissima est recordatio, cum non possim quin tester, omnia quae hactenus incepisti, a Te summa non minus cum industria, quam successu felici confecta esse. Perspexi enim egregias animi Tui dotes: cognoui ardorem in litteris et constantiam Tuam, atque inde ad magna Te natum esse auguratus sum; et vnusquisque mecum conatus Tuos laudatissimos non probauit solum, sed etiam euentum eorum honorificum et gloriosum fore iudicauit. Iam ipse publico quodam documento probas, spem nostram de Te conceptam, nos non fefellisse; namque dissertatio Tua, de Marchionatus Lusatiae Superioris iure singulari, homines proprios manumissos reuocandi, conscripta, eruditionis Tuae testimonium exhibet luculentissimum, studiumque Tuum in rebus patriis, tum vniuersae Germaniae, tum Lusatiae Superioris, eximium plane commonstrat. Ego vero PERILLVSTRI PARENTI TVO, quem omni obsequio veneror, praeclarum hoc GENTIS GOETZIORVM decus, ex animo gratulor: Tibi autem, GENEROSISSIME VIR, Tuisque studiis sincera fide precor, vt omnia quae intendis, ad auitam gloriam sigulari quadam Tua propria contentione referantur, et vt mox Tua Gens ac tota patria per Te illustretur. Vale et me ama. Dab. Lipsiae die X. Martii A. C. N. MDCCXLVIIII.

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Richter, Johann Tobias,

Marchionatus Lusatiae Superioris ius singulare, homines proprios manumissos revocandi

Lipsia 1749

4 Diss. 3223,13
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10958701-8
VD18 15080021-001